mites, milites, nobiles, et cives etiam
originarios, nominare possint, nec
propterea impetrationes, concessiones,
et literæ hujusmodi subreptionis vi-
tio subjaceant, sed validæ, et effi-
caces existant, ac ex nunc deinceps
in perpetuum omnibus, et quibus-
cumque, ac prorsus similibus ante-
lationibus, prærogativis, privilegiis,
libertatibus, immunitatibus, exem-
ptionibus, decretis, declarationibus,
mandatis, suspensionibus, favoribus,
gratiis, privilegiis, indultis, ac ju-
ribus, quibus alii Nostri familiares
tempore dictæ assumptionis Nostræ
ad summi apostolatus apicem, ac
quibus alii ejusdem Sedis notarii
etiam de numero participantium exi-
stentes, etiamsi habitum, et roc-
chettum notariorum ipsius Sedis non
deferant, palatiique, et aulæ præfa-
torum comites, milites, nobiles etiam
originarii, ac antiquissimi civis ejus-
dem urbis, vel civitatis, quam,
ut præfertur, elegerint, quippe ex
utroque parente vere nobili, et cive
originario, et antiquissimo procrea-
ti de jure, statuto, consuetudine,
vel alias ex aliquo speciali privilegio,
seu alias quomodolibet etiam quoad
assecutionem quoruncumque bene-
ficiarum ecclesiasticorum etiam per

Exemptio ab
habitatione in
civitate.

A gabellis, et decimis, aliisque oneribus, exceptis decimis impositis in subsidium expeditionis contra turcas.

gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in iudicio, et extra, sine tamen eorumdem notariorum de numero participantium præiudicio, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite valeant realiter, et integre in omnibus, et per omnia, etiamsi in urbe, et civitate huiusmodi non habitaverint, perinde, ac si de vere nobili genere, et ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo cive procreati forent, et huiusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulgentiæ, et jura, quæ pro aliis nobilibus, et civibus originariis emanarunt, et quæ ratione nobilitatis, et civilitatis naturalis, et originariæ aliis competunt pro eisdem conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competenter auctoritate, et tenore similibus indulgemus. Ac conclavistas præfatos a solutione, et exactione quarumcumque decimarum: non tamen decimarum, subsidiorum, ac onerum in subsidium expeditionis contra turcas, et orthodoxæ fidei hostes impositarum, et impositorum, et cuiuscumque pedagii, subsidii, gabellæ, et cuiuscumque oneris ordinarii, et extraordinarii ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et in causa excogitabili, et occasione etiam ad instantiam imperatoris, regum, et rerumpublicarum, et aliorum quorumcumque principum impositorum, et imponendorum pro tempore ex nunc, prout ex tunc, et e contra, et postquam casus huiusmodi impositionis, et solutionis evenerit, liberamus, et eximimus, liberosque, et exemptos fore, et esse decernimus, districtius inhibentes dilectis filiis nunc, et pro tempore existentibus ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerario, thesaurario, præfatis, clericis, ac quibuscumque aliis officialibus camere Nostræ apostolicæ, ac exactoribus decimarum, præterquam decimam subsidiorum, et onerum in subsidium expeditionis contra turcas, et orthodoxæ fidei hostes, ut præfertur, impositarum, et impositorum, nec non cuiuscumque pedagii,

subsidii, gabellæ, et aliorum, ut præferunt, impositorum onerum huiusmodi, ac aliis personis, cuiuscumque ecclesiasticæ, vel secularis dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super præmissis, eorumque usu, possessione, vel quasi directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare, vel alias quomodolibet impedire quoquo modo præsumant, necnon eisdem conclavistis, quod bona quæcumque ad ipsos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, et quorumvis ordinum, et militiarum, atque hospitalium quorumcumque regularium, necnon canonicatum, et præbendarum, ac dignitatum quorumlibet per eos alias obtentorum, et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, et alias licite acquisita, et acquirenda, etiam in dicta urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia spoliis minime subjaceant, sed conclavistæ præfati, etiam si religioni alicujus militiæ, non tamen sancti Joannis Hierosolymitani adscripti, et in ea expresse professi fuerint; de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium etiamsi curiales esse desiderint, et in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, vel alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant, simili modo concedimus, et indulgemus, præcipientes, et mandantes eisdem præfatis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerario, thesaurario, præfatis, clericis, et quibusvis aliis spoliarum huiusmodi collectoribus, et subcollectoribus, ac militiarum, non tamen dicti sancti Joannis Hierosolymitani prædictarum receptoribus, officialibus, aut prioribus, et quibusvis aliis personis, tam sæcularibus, quam regularibus, etiam cuiusvis militiæ, et cuiusvis gradus, status, ordinis, et præeminentiæ, etiamsi speciali no-

Exemptio a spoliis cum facultatibus testandi, exceptis equitibus s. Joannis Hierosolymitani.

ta digni existant, ne in hujusmodi bonis, manus apponant, neque hæredes præfatorum conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant: ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, et codicillorum per ipsos conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces fore. Ac cum eisdem conclavistis etiam in militia sancti Joannis Hierosolymitani, et in quavis alia militia expresse professis quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, et eorum cuilibet super quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum, et etiam mensarum episcopaliū, archiepiscopaliū, abbatialiū, necnon dignitatum quarumcumque, ac monasteriorum etiam per ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales ad præsens obtentorum, et in posterum quomodolibet obtinendorum fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de camera pro quolibet eorum nunc, et pro tempore reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum habitum, et tonsuram clericalem gestare; et in illis dummodo alias ipsi habitum decentem, et honestum, ac per milites, præfatos gestari solitum deferant, iacere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, nec etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum pœnas occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones usque ad præfatam summam ducentorum ducatorum hujusmodi ascendentes; et reservatas, et in posterum reservandas, ut præfertur, etiamsi matrimonium quoad milites alicujus militiæ, videlicet cum militia compatibile jam contraxerint, vel post hac contrahere voluerint cum unica, et virgine tantum recipere, et quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit retinere libere, et licite valeant, de speciali dono gratiæ dispensamus: et insuper conclavistis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel canonici metropolitanarum, vel cathedralium seu duarum insignium urbis collegiatarum ecclesiarum, aut personæ aliæ quæcumque ecclesiasticæ in di-

Facultas concessa etiam quilibet cuiuscumque militiæ retinendi pensiones ad summam ducatorum 200.

Absque necessitate deferendi habitum, et censuram clericalem.

gnitate ecclesiastica constitutæ tam in Romana curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulis eligendi, et eligendæ quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super quibuscumque fructibus etc. juribus, obventionibus, et emolumentis universis, certis, et incertis, quarumcumque mensarum episcopaliū, archiepiscopaliū, et abbatialiū, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitiū, et mercedis dignitatum, canonicatum, et præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis ordinum regularium, non tamen per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales obtentorum reservatas, seu reservandas, seu fructus etc. hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiamsi semel, vel pluries translati, seu translata fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de camera similium in toto, vel in parte, ac in uoa, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassata, et extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus etc. hujusmodi usque ad summam præfatam centum ducatorum uoi, vel pluribus aliis personis ecclesiasticis, vel etiam clericali caractere tunc temporis nondum insignitis, cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto caractere rite insigniti fuerint, seu alias pensionum, seu fructuum hujusmodi capacibus per eosdem conclavistas, et illorum singulos nominandos, etiam quæcumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, et forma quibus eisdem conclavistis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque beneficiis hujusmodi obtinentium consensu integre persolvendas, et per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, et levandas, aut percipiendos, exigendos, et levandos reservare, constituere, concedere, et assignare possint, itaut præfati translarii in quasi possessione pensiones, seu fructus etc. hujusmodi exigendi, in qua ipsi conclavistæ tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant,

Facultas transferendi pensiones usque ad summam 100 ducatorum.

Ampliatio in non clericos.

in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, alias forsas obtinuerint, seu quislibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum privilegiorum conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, et privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, et concessionem impedire volumus, sed cumulative concessam, et concessas esse volumus, itaut quilibet eorum cumulative, et ampliative præfatis facultatibus præsentibus, et præteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, et potiri possint. Decernentes novas reservationes, constitutiones, concessionem, assignationes, et translationes pensionum, ac fructuum etc. hujusmodi, ut præfertur, faciendis ex nunc, prout postquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsaque beneficia super quorum fructibus etc. aliisque hujusmodi reservatæ fuerint obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore. Necnon conclavistas præfatis, qui s. Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius militiæ seu religionis regularis etiam expresse professi sunt, ut etiamsi ab eorum conventu absentes existant, dummodo tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in conventu fecerint, et consueta servitia præstiterint quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, ac quarumvis pensionum, et commendarum eorum militiæ, seu religionis capaces existant perinde ac si in eadem militia, seu religione antianitatem de justitia consecuti fuissent, similiter indulgemus. Præterea eosdem conclavistas si qui eorum defectum nataliam patiantur ex quocumque dampno, et illicito coitu, etiamsi ex nobilibus parentibus, et vilibus fœminis procreati existant, etiamsi alias legitimum existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam absterginus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, et cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, et maternis, ac aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommissis, seu aliis de jure valida dispositione, et præterquam in bo-

Cumulativa
similium gra-
tiarum.

Concessio an-
tiantitatis equi-
tibus.

Legitimatio
spuriorum.

nis ecclesiasticis, et ab ecclesia pro-
venientibus succedere, et illa dona-
tionis, vel alio quovis titulo consequi,
et habere, ac ad æquales portiones
cum legitimis succedere eos ad omnia
jura, legitimas successiones ex testa-
mento, vel ab intestato, hæreditates,
legata, libertates, restituendo reali-
ter, et cum effectu, ac ad dignita-
tes, honores, et quæcumque alia of-
ficia sæcularia, publica, vel priva-
ta, etiam assumi, illaque gerere, et
exercere in omnibus, et per omnia,
ac si de legitimo matrimonio pro-
creati forent, ac eodem defectu non
obstante, si aliud canonicum eis non
obstat impedimentum, ut clericali
charactere, qui illo nondum insigni-
ti sunt insigniri, ac ad omnes etiam
sacros, et presbyteratus ordines si non-
dum ad illos promoti sint promove-
ri, ac postmodum caractere, et or-
dinibus hujusmodi, ac illorum pri-
vilegiis uti, ac in eisdem ordinibus
etiam in altaris ministerio ministra-
re, et quæcumque, et qualiacumque
cum cura, et sine cura beneficia ec-
clesiastica, etiamsi personatus, admi-
nistrationes, et officia etiam curata,
et electiva in cathedralibus, et me-
tropolitanis, vel collegiatis ecclesiis,
seu si parochiales ecclesiæ, vel earum
perpetuæ vicariæ, ac canonicatus,
et præbendæ, ac dignitates non ta-
men majores post pontificalem in ca-
thedralibus, aut principales in colle-
giatis ecclesiis hujusmodi fuerint si
eis alias canonicè conferantur, aut ipsi
eligantur, præsententur, vel alias as-
sumantur ad illa, et instituantur in
eisdem recipere, et dummodo plu-
ra simul non sint, quam quæ a con-
cilio Tridantino permittuntur quoad
vixerint retinere libere, et licite va-
leant similiter dispensamus: ac omnes,
et quoscumque defectus si qui forsas
sint in omnibus, et quibuscumque
provisionibus, ac permutationibus be-
neficiorum quorumcumque eorundem
conclavistarum tam ob multipli-
citate titularum, ac ob incursionem
quorumcumque censurarum etiam ir-
regularitatis, et similiter in expedi-
tionibus literarum apostolicarum su-
per illis, quam alias ex quavis causa
provenientes quoad præteritum tan-
tum, ac sine præjudicio juris alièni
quæsi, et dummodo non interces-
serit simoniæ labes, nec aliqua lis
desuper pendeat sanamus, ac provi-

Habilitatio ad
successiones,
honores, or-
dines, et be-
neficia.

Sanatio defe-
ctuum provi-
sionum.

siones hujusmodi vigore presentium in utroque foro perinde ac si novas provisiones obtinuisent revalidamus, et quatenus opus sit, omnibus, et singulis eorum de omnibus, et singulis dignitatibus, et aliis cum cura, et sine cura beneficiis ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, et nuncupatis etiam cujusvis ordinis regularibus per eos respective obtentis de novo etiam respective providemus, ac omnes, et singulas pensiones eis, et eorum singulis super quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, et nuncupatorum etiam alicujus ordinis regularium fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis respective reservatas similiter de novo reservamus, ipsisque conclavistis, eorumque singulis quoscumque fructus etc. ecclesiasticos occasione quarumcumque dignitatum, canonicatum, et prebendarum, aliorumque ecclesiasticorum quorumcumque, ac quarumcumque pensionum annuarum ipsis, et eorum cuilibet respective collatorum, et reservatarum tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, et occasionibus etiam ratione omissionis recitationis horarum canonicarum, vel eorum non promotionis ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines, vel non susceptionis gradus doctoratus indebite perceptos cujuscumque quantitatis fuerint gratiose remittimus, et condonamus, ac cum eis super inhabilitate, et irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi legati missas, et alia divina officia, dummodo tamen non in contemptum clavium celebraverint, aut alias in divinis se immiscuerint; quodque illa, et premissis eisdem non obstantibus ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines alias rite, et dummodo nullum aliud alicui eorum obstet canonicum impedimentum, promoveri, et in illis, et in susceptis per eos alias rite ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant dispensamus, quodque omnes, et quaecumque gratiae, provisiones, commenda, et quavis aliae literae apostolicae provisionum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum hujusmodi, prout Nostris familiaribus continuis commensalibus eisdem conclavistis, et eorum cuilibet gratis den-

tur, concedantur, et expediantur ac etiam literae ipsae in forma Brevis tam de capienda possessione nomine dictae camerae apostolicae, quam alias uti illis super provisionibus quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum dari poterunt similiter gratis dentur, concedantur, et expediantur, ac dari, concedi, et expediri omnino debeant etiam praecipimus, et mandamus, ac eisdem conclavistis, et eorum cuilibet, ut alia similia, vel dissimilia indulta, privilegia, facultates, et gratias hactenus eis, et eorum cuilibet per Nos, et Romanos pontifices praedecessores Nostros, et Sedem praefatam concessa in suo robore, et firmitate cum presentibus stare; ac illorum omnium, et singulorum tenores perinde ac si de verbo ad verbum inserti forent presentibus haberi volumus pro expressis, quam in posterum concedenda specialia, vel generalia, quibus per praesentes, ac praesentibus per illa minime in aliquo praedjudicare intendimus, ita ut quocumque, et quacumque fuerint unum alteri derogare non censeantur, sed eos, et eorum quemlibet illis simul, ac cum praesentibus praedictis cumulative, vel singulariter, prout eisdem conclavistis, et eorum cuilibet magis expediens videbitur, frui, et gaudere posse decernimus, dummodo tamen praesentibus non adversentur similiter concedimus, et indulgemus. Postremo eosdem conclavistas, eorumque aliquem ad praesentem motum proprium, seu literas super praesentibus si videbitur conficiendus in dicta camera insinuandum, aut admitti, et registrari petendum minime teneri, nec illum, seu illas etiam si motus proprius, et literae hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admissus, et registratus non fuerit, seu illae insinuae, admissae, seu registratae non fuerint propterea minus validum, seu validas censi, sed suos plenarios effectus sortiri debere, ac motum proprium, et literas hujusmodi, et in eis contenta quaecumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, et constitutionibus apostolicis similium gratiarum revocatorum, vel quae eas limitarent, vel moderarentur, quae a Nobis, et a dicta Sede pro tempore, et ex qui-

Confirmatio aliorum similium, vel dissimilium privilegiorum.

Exemptio ab insinuatione in camera.

Remissio fructuum male perceptorum.

Absolutio ab irregularitate.

Expositio litterarum apostolicarum gratiarum.

busvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, ac divini cultus augmentum etiam consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint minime comprehensum, et comprehensas esse, sed quoties illæ emanabant toties cum, et eas in pristinum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum, et restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, seu restituendum, reponendum, et plenarie reintegrandum, et restituendas, reponendas, et plenarie reintegrandas esse censi. Et insuper cum dilectus filius Alexander de Torre presbyter Romanus, et basilicæ s. Mariæ Transtiberim pariter nuncupat. de urbe canonicus, subcollector generalis quindenniorum tamquam dd. conclavistarum procurator in præmissis, sedulam pro eis operam navaverit, propterea, et aliorum meritorum suorum et obsequiorum Nobis, et dictæ Sedi impensorum intoutu, volentes ipsum specialibus favoribus, et gratis prosequi, eidem Alexandro, licet ipse in conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus, et singulis supradictis gratis, privilegiis, et facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præminentis, indultis, exemptionibus, cæterisque præmissis, tanquam conclavista frui, et gaudere libere, et licite possit, et valeat perinde ac si conclavi huiusmodi vere, et realiter interfuisset, constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque supradictis, et aliis contrariis nequaquam obstantibus motu, scientia, et auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus; sicque per quoscunque iudices, etiam commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet in quavis instantia aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, irritamque etc. attentari. Et insuper dilecto filio Nostro Henrico Benedicto Mariæ Clementi episcopo Tusculano, et sancti Laurentii in Damaso nuncupati commendatario prædictæ S. R. E. cardinali duci Eboracensi nuncupato ejusdem S. R. E. vice-cancellario et literarum apostolicarum summatori, ac dilectis filiis camera apostolicæ ministris loco secretariorum apostolicorum suppressorum, præsidenti plumbi, aliisque

officialibus, ad quos literarum præfatarum desuper conficiendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat, et pertinet sub pœna indignationis Nostræ motu simili, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut præfatas literas super prædictis omnibus, et singulis, tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessa fuerint, ac seorsim, et separatim cum omnibus, et quibuscunque derogationibus, decretis, et clausulis in eis concessis gratis, etiam quoad compositionem in dataria Nostra, et per eandem viam secretam absque alio mandato expediant, et expediri faciant insuper omnia, et singula privilegia, gratias, et concessionem eidem conclavistis, et eorum cuilibet a diversis summis Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris hucusque concessa, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus confirmamus, et approbamus, ac de novo liberalissime concedimus. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorundem notariorum numero, etiam si ad illud non sit devenum, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, et fel. rec. Pii pp. IV. de similibus, et dissimilibus gratis in dicta camera infra tres menses præsentandis, et registrandis, ac Pii V. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum contra illegitimos, necnon Pictaviensis concilii, ac Nostris, et cancellariæ præfate regulis, etiam in crastinum dictæ assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem editis, et in prædicta cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, et provincialibus conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ecclesiarum, monasteriorum, ordinum etiam sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam urbis Romæ, ac aliarum civitatum, oppidorum, et terrarum cameræ prædictæ, et quarumvis universitatum, etiam juramento etc. roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, decretis, et novis reformationibus etiam legibus tam pontificiis, quam imperialibus, regis, et ducalibus, et sacris canonicis, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis illis, eorumque su-

Comprehensio procuratoris in privilegiis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Expeditio gratuita, et per viam secretam derogationes.

terioribus, et personis, ac locis quibuscunque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam vim contractus, et statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, et consistorialiter, ac alias in contrariam concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus etc. etiam si de illis etc. eorumque tenores etc. illis alias etc. permansuris hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse motu pari derogamus; cæterisque contrariis quibuscunque cum clausulis opportunis.

Concessum de speciali mandato
sanctissimi F. M. subdatarius

Et cum absolute a censuris ad effectum etc. Et quod obstantia etiam beneficia conclave, et ab eis subrogata hujusmodi, et dispensationes, ac indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis, et in casibus regule de inordinatis, cum opportuna illius, necnon alterius regule de non tollendo jure quæsito, derogatione, et quorumcumque aliarum constitutionum apostolicarum, et conciliorum etiam generalium, et statutorum, et stabilimentorum, usum, naturarum, constitutionum synodali, statutorum, et privilegiorum populi Romani, et Cluniacensis, Cisterciensis, s. Benedicti, s. Augustini, et aliorum ordinum, et militiarum, etiam s. Joannis Hierosolymitani, et ecclesiarum, et monasteriorum, civitatum, et locis, et personis, et dominiis temporalibus, sub quibuscunque verborum formis, et cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, et decretis, etiam consistorialibus, etiam contra alienigenas, et alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores etc. latissime, ac de verbo ad verbum, prout ipsis conclave magis placuerit, exprimi possint, etiam cum suspensione quorumcumque gratiarum, indulgentiarum, quibusvis ordinariis collatoribus conferendi beneficia ecclesiastica etiam reservata, ad eorum colla-

tionem etc. pertinentia, et in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissime extendendis, ita ut omnia tollantur; et quod sola presentis motus proprii Nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in iudicio, et extra, regula quacunque contraria non obstante: et quod præmissorum omnium, et singulorum indulgentiarum, concessionum, gratiarum, et derogationum, major, et verior specificatio, et expressio fieri possit in literis, si videbitur, in quibus singulorum conclave nomina, et cognomina, qualitates, ordines, gradus, diocesis, patria, et cætera requisita exprimi, et describi, seu expressis, et descriptis haberi possint, inter eos sacrista, et magistri ceremoniarum cappellæ Nostræ, necnon secretarius collegii eorundem cardinalium, et cæteri alii in notula per ipsos magistros ceremoniarum facta, et descripta adnotati, et descripti, si alias ad pensiones, et beneficia hujusmodi habiles, et capaces fuerint, comprehendantur, et adnotentur simul, vel ad partem, etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedien. Volumus autem, quod literarum super presentibus conficiendarum, seu presentis motus proprii Nostri transumptis impressis, et sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, et etiam descriptis eadem fides tam in iudicio quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis, seu presenti motui proprio Nostro originali adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus, vel ostensus foret. Concessum F. M. subdatarius. Datum Venetiis ex monasterio sancti Georgii majoris sexto idus maii anno primo.

N O S

Joannes Franciscus miseratione divina
episcopus Ostiensis, et Veliternensis
sacri collegii decani Albani

Franciscus tituli s. Laurentii in Lucina
primus presbyter Carafa

Antonius Maria s. Mariæ in via Lata
primus diaconus Doria Panphili
S.R.E. cardinales ordinum capita,
et in quolibet eorundem
ordinum antiquiores, iudices
ad infrascripta a Sanctissimo
Domino Nostro

P I O

Divina providentia pp. VII.
specialiter deputati.

Viso motu proprio Sanctissimi Domini Nostri emanato. Datum Venetiis ex monasterio s. Georgii Majoris sexto idus maij anno ejus primo ad favorem conclavistarum, qui in conclavi suæ assumptionis ad summum pontificatus apicem, eminentissimis dominis cardinalibus inservierunt, aliisque visis videndis, et consideratis considerandis, inhærentes facultati nobis in dicto motu proprio tributa
judicamus et declaramus esse dignum nobilitate, titulo, honore, et insignibus Sanctissimi Domini Nostri familiarium, continuorumque commensalium actu in palatio apostolico inservientium, ac dignitate sanctæ Sedis notariorum protonotariorum nuncupatorum, et palatii, antæque Lateranensis comitum, et militum, necnon nobilitate urbis
. quam ipse petiit et elegit, omnibusque aliis et singulis gratiis, privilegiis, prærogativis, exemptionibus, immunitatibus, favoribus, indultis, facultatibus, et dignitatibus quibuscumque in supradicto motu proprio latius contentis, expressis, et specificatis, quæ, et quas omnes, et omnia, et singula hic pro repetitis,

ac de verbo ad verbum descriptis, et insertis haberi volumus et mandamus, illisque omnibus et singulis præmissis, præfatum
. uti, frui, potiri, et gaudere debere juxta prædicti motus proprii continentiam, et tenorem, non solum hoc, sed et omni alio meliori modo. In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem, et testimonium præsentibus a nobis subscriptis, et sigillorum nostrorum impressione munitas, et roboratas dedimus.

Romæ ex ædibus nostræ solitæ
habitationis hac die

Nomina autem ipsorum
conclavistarum sunt hæc, quæ
sequuntur.

Reverendissimus dominus fr. Joseph Pro-sacrista.
Bartholomæus Menochio episcopus
Hipponensis sacrarii apostolici
pro-præfectus-
R.P.D. Hercules Consalvi Romanus, Pro-secretarius sacri collegij.
Sacræ Romanæ Rothæ auditor,
e s. collegij pro-secretarius.
R. P. D. Joannes Dominicus Pacini Ceremoniarum magister.
Romanus, basilicæ Lateranensis
beneficiatus.
Abbas Jacobus Braga presbyter Conclavista.
Forocorneliesis,
Joseph Moriaga laicus Forocorneliensis.
Nostri dum cardinalatus honore
fungebamur.
Abbas Benedictus Albani presbyter
Romanus.
Vincentius Boldrini laicus Romanus.
Joannis Francisci episcopi Ostiensis,
et Veliternensis cardinalis Alba-
ni sacri collegij decani.
Angelus Cesarini Perusinus canonicus
theologus cathedralis ecclesiæ
Tusculanensis, et ejusdem se-
minarij rector.
Andreas Abbati presbyter.
Joseph Tomassetti laicus Romanus.
Henrici Benedicti Mariæ Clementis
episcopi Tusculani ducis Eboracensis.
Abbas Vincentius Giansanti presbyter
Romanus.
Vincentius Serandrei laicus Romanus.
Leonardi episcopi Prænestinensis An-
tonelli.
Abbas Andreas Bruni presbyter Ro-
manus.
Dominicus Mattei laicus.

- Aloisii episcopi Albanensis Valenti Gonzaga, venerabilium fratrum Nostrorum episcoporum S.R.E. cardinalium.
- Abbas Michael Angelus Borsi presbyter.
- Joannes Venturi laicus.
- Francisci tituli s. Laurentii in Lucina Carafa.
- Abbas Joseph Guerra presbyter Ferrariensis.
- Joseph Nicolai laicus Pistoriensis.
- Marianus Gismondi laicus Romanus.
- Francisci Xaverii tituli s. Praxedis, et ecclesie sancti Martini ad Montes abbatis commendatarii De Zelada.
- Abbas Thomas Luigiai presbyter Auximianus.
- Eduardus Borelli laicus Romanus.
- Guidi tituli s. Mariæ Transpontinæ Calcagnini.
- Abbas Benedictus Meoni presbyter Florentinus.
- Bernardinus Gasperini laicus Romanus.
- Bernardini tituli ss. Marcellini, et Petri Honorati,
- Abbas Aloisius Tagliavini presbyter Bononiensis.
- Joseph Fusaroli laicus Bononiensis.
- Andreæ tituli s. Pudentianæ Joannetti.
- R. P. Leopoldus de marchionibus Scatti de civitate Aquæ Stabielæ in montè Ferrato ex-provincialis, et visitator generalis congregationis Barnabitarum.
- Fr. Pompejus Sabbanini diocesis Novariensis Barnabita.
- Hyacinthi tituli s. Cecilie Gerdil.
- Joseph Villa canonicus collegiatae ecclesie s. Agatæ Vercellensis.
- Joannes Scovazzo laicus Casalensis.
- Eusebius Ansaldi laicus Vercellensis.
- Caroli Josephi tituli s. Calixti de Martiniaca.
- Abbas Sebastianus Lazzariai presbyter Albanensis.
- Aloisius Delfini laicus Ferrariensis.
- Alexandri tituli s. Mariæ in Ara-Cœli Mathei.
- Princeps de Croy canonicus ecclesie metropolitanae Viennensis.
- Aloisius Emiliani presbyter Romanus.
- Joannes Baptista del Soldato laicus Romanus.
- Francisci tituli s. Crucis in Hierusalem Herzan de Harras.
- Abbas Franciscus Guglielmi canonicus s. Laurentii in Damaso.
- Dominicus Montebugnoli laicus.
- Joannis Andreæ tituli s. Eusebii Archetti.
- Abbas Joseph della Casa presbyter Romanus.
- Carolus Beneggi laicus Mediolanensis.
- Joseph tituli s. Petri in Vinculis Doria Pamphili.
- Abbas Aloisius Vittori presbyter Cæsenas.
- Vincentius de Marchis laicus.
- Caroli tituli s. Mariæ de Pace Bellisomi.
- Dominicus Spanelli laicus Romanus.
- Aloisius Barberini laicus Venetus.
- Caroli tituli s. Silvestri in Capite Livizzani.
- Abbas Sebastianus Pascual Hispanus doctor, theologus, et thesaurarius collegialis ecclesie de Talavera della Reina.
- Emanuel Quadros laicus Hispanus.
- Francisci Antonii tituli ss. XII. apostolorum de Lorenzana.
- Alexander Buttaoni in Romana curia advocatus.
- Augustinus Tombini laicus Romanus.
- Ignatii tituli s. Mariæ Angelorum Bussca.
- Abbas Nicolaus Bonomi presbyter Romanus.
- Dionysius Frigo civitatis Æsij laicus.
- Stephani tituli s. Clementis Borgia.
- Abbas Franciscus Vadorini presbyter civitatis Volaterræ in Hetruria.
- Jacobus Cottez laicus de Alsatia.
- Joannes Baptistæ tituli s. Honuphrii Caprara.
- Abbas Dominicus Testa presbyter.
- Joannes Baptista Calli laicus Mediolanensis.
- Antonii tituli s. Joannis ante portam Latinam Dugnani.
- Abbas Angelus de Angelis presbyter Sabinensis.
- Michael Torraca laicus Romanus.
- Hyppolithi tituli sanctorum Nerei, et Achillei Vincenti Mareri.
- Abbas Franciscus Pinto Poloni Romanus.
- Amandus Ravaux laicus Belgicus.
- Joannis Suffredi tituli ss. Trinitatis in Monte Pincio Maury.
- Abbas Paulus Catani presbyter.
- Dominicus Gnassi laicus.
- Joannis Baptistæ tituli s. Laurentii in Panisperna Bussi de Pretis.

- Abbas Innocentius Carletti presbyter
Ferrariensis.
- Franciscus Accarisi laicus Romanus.
- Francisci Mariæ tituli s. Mariæ de
Populo Pignattelli.
- Abbas Joseph Brescianini presbyter
Ferrariensis s. theologiæ pro-
fessor.
- Franciscus Viperari laicus
Anselij tituli Sanctorum Joannis, et
Pauli Roverella.
- Abbas Paulus Trevisan presbyter Ve-
netus.
- Petrus Giovannetti laicus Romanus.
Julii Mariæ tituli s. Sabinæ de So-
malia presbyterorum S.R.E. car-
dinalium.
- Abbas Joannes Bernasconi presbyter
Romanus.
- Ignatius Borsa laicus Romanus.
- Antonii Mariæ s. Mariæ ad Marty-
res Doria Pamphilj.
- Abbas Gregorius Berni Casenas.
- Petrus Branchini laicus Bonosiensis.
- Romualdi s. Nicolai in carcere Tul-
liano Braschi Honesti.
- Abbas Dominicus Maria Marini præ-
sbyter.
- Seraphinus Brescia laicus Vicentinus.
Philippi s. Eustachii Carandini.
- Abbas Antonius Soldati presbyter de
Grepça;
- Vincentius Sbacchi laicus.
- Ludovici s. Agathæ in Suburra Flan-
gini.
- Abbas Laurentius Sparziani Roma-
nus.
- Paschalis de Caprio Neapolitanus lai-
cus.
- Fabritii s. Angeli in Foro Piscium
Ruffo.
- Abbas Jacobus O-Conael presbyter An-
glicanus.
- Antonius Bencini laicus Florentinus.
Joannis s. Georgii in Velabro Rinuc-
cini diaconorum S.R.E. cardina-
litum.
- Confessarius. Abbas Franciscus Belli canonicus ca-
thedralis ecclesiæ Tusculanen.
- Abbas Gregorius Speroni presbyter
Romanus cæremoniarum magi-
stri pro-secretarius.
- Abbas Franciscus Tati presbyter lau-
retanus; ejusque basilicæ benefi-
ciatus choralis coadjutor in of-
ficio sacristæ.
- Abbas Joseph Evangelisti Romanus.
Joannes Piccioli Mediolanensis doctor
physicus regius delegatus.
- Franciscus Porta Romanus.
- Franciscus Nefi Florentinus in no-
socomio s. Mariæ Novæ publi-
cus professor, et lector.
- Franciscus Melia Romanus. Dentista.
- Franciscus Brinis Venetus. Barbitonsor.
- Carolus Pansiera, et Jacobus Pado-
van, Veneti. Fabri.
- Bartholomæus Isè.
- Dominicus Ricci,
- Jacobus del Prà.
- Joannes Baptista Vendita.
- Antonius Palani.
- Eugenius Ridolfi.
- Angelus Terenzi.
- Dominicus Simonetti.
- Petrus Paulus Bracci.
- Vincentius dell'Oro.
- Pacificus Marici.
- Jacobus Spadoni.
- Dominicus Azzaroni.
- Joannes Bonaccina.
- Joseph Chiaudano.
- Franciscus Massino.
- Cajetanus Cavalleri.
- Franciscus Parentati.
- Dominicus Colliva.
- Antonius Ruggiani.
- Carolus Doyo.
- Jacobus Lazzari.
- Antonius Giulj.
- Cammillus Grèppini.
- Petrus Francescangeli.
- Cajetanus Tofanelli.
- Leonardus Lapsini.
- Joseph del Carpio.
- Joseph Tantussi.
- Xaverius Mazzoleni.
- Philippus Raffaelli.
- Franciscus Bentoni.
- Joseph Bembo.
- Joannes Toma.
- Cammillus Branchini.
- Joannes Baptista Andrioli.
- Valentinus Claudius Temi.
- Dominicus de Sanctis.
- Joannes Bencini.
- Joannes Marangoni.
- Franciscus Bozzoia.
- Hilarius Palmieri
- Hercules Consalvi S. R. Rotæ au-
ditor, et sacri collegii pro-se-
cretarius.

Dat. die
8 maii
1800
anno I.

III.

Privilegia concessa dapiferis, qui in
conclavi inservierunt.

Pius PP. VII.

Urbis

Motu proprio ec. Nos volentes dilectos filios Nostros, dum cardinalatus honoreungebamur, ac venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium dapiferos, qui conclavi, in quo divina favente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa labores, vigiliis, et incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, et privilegiis pro cuiuscumque meritis exornare, ac eosdem dapiferos, et eorum singulos motu proprio non ad ipsorum dapiferorum, vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam; sed de mera liberalitate, certaue scientia nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine in veros indubitatos, et non fictos familiares continuos commensales Nostros, et eos, qui ex illis clerici existunt, seu militiæ clericali adscribi desiderant, quosque tres ex præfatis cardinalibus, in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, et aliis meritis, dignos tali dignitate judicaverint in Nostros, et apostolicæ Sedis notarios, sine tamen præiudicio dilectorum filiorum notariorum de numero participantium, tenore præsentium recipimus, et tam illos, quam alios dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus cardinalibus, digni tali honore approbati fuerint, sacri palatii, et aulæ Lateranensis comites et milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque dapiferos indistincte, qui nobiles non sunt; nobiles quique urbis, vel cuiusvis alterius ex civitatibus, temporali dominio diætæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis, cives esse voluerint singulos in ea ipsa civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem cardinalibus se admitti, petierit, veros cives ad instar, et nulla prorsus differentia, inter eos, et sin-

gulos alios veros, originarios, et antiquissimos, et nobiles participantes, cives ipsius urbis, vel civitatis; ita ut ipsum jus civilitatis ad quoscumque eorum hæredes eodem modo transeat creamus, constituimus, et deputamus, ac nobilitatis, et civilitatis titulo, et honore, et insigniis decoramus; aliorumque familiarium continuorum commensalium, Nobis actu in palatio Nostro apostolico servientium, et in illius tinello comedentium, et bibentium, ac Nostrorum, et Sedis apostolicæ notariorum, palatiique, et aulæ præfatæ comitum, militum, et nobilium, et civium hujusmodi originariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, et pro veris, indubitatis, et non fictis familiaribus continuis commensalibus, ac notariis Nostris, comitibusque, militibus, nobilibusque, ac civibus deinceps haberi, et reputari volumus, et mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, et literis tam gratiam quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernentibus, se familiares, continuos commensales Nostros, et comites, milites, nobiles, ac cives, et originarios nominari, nec propterea impetrationes, concessiones, et literæ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps, et in perpetuum omnibus, et quibuscumque prorsus similibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, et declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis; indultis, ac juribus, quibus alii Nostri familiares tempore diætæ assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis notarii etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum et rocchettum notariorum ipsius Sedis non deferant, palatiique, et aulæ prædictæ comites, milites, ac nobiles originarii, et antiquissimi cives ejusdem urbis vel civitatis, quam ut præfertur elegerint, quicumque ex utroque parente, vere nobili, ac cive originario, et antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias etiam per quascumque literas, seu constitutiones apo-

Etiam pro hæredibus.

Receptio in familiares.

In notarios.

Creatio in comites, milites, et nobiles.

Electio civilitatis.

stolicas pro tempore editas ntuatur, frumatur, potiantur, et gaudeat, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in iudicio, et extra sine tamen eorundem notariorum, de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, et gaudere licite valeant realiter et integre in omnibus, et per omnia, etiamsi in urbe, et civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vero nobili genere ex utroque parente originario, et antiquissimo cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et jura, quæ pro aliis nobilibus, et civibus originariis emanarunt, et quæ ratione nobilitatis, et civilitatis naturalis, et originariæ aliis competant pro eisdem dapiferis in specie emanasset, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competere vigore præsentium indulgemus; ac singulos dapiferos præfatos a solutione et exactione decimarum ecclesiasticarum, ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et inexcogitabili causa, et occasione, etiam ad instantiam imperatoris, regum, rerum publicarum, et quorumcumque aliorum principum impositarum, et pro tempore imponendarum, non tamen decimarum, subsidiorum, et onerum impositorum in subsidium expeditionis contra turcas, et orthodoxæ fidei hostes, liberamus, et eximimus, liberosque, et exemptos fore, et esse decernimus; nec non ipsis dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, et proventus ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis, recitationis horarum canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, et condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris ligati, missas, et alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebraverint, aut alias in divinis se immiscuerint, ut illa, et eisdem præmissis non obstantibus ad omnes, etiam sacros, et presbyteratus ordines, alias tamen, rite promoveri, et in illis etiam susceptis alias rite

per eos ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare, etiam libere, et licite valeant, dispensamus, ac eosdem dapiferos, si qui eorum defectum natalium patiantur ex quocumque damno, et illicito coitu, etiamsi ex nobilissimis parentibus, et vilibus fœminis forsitan procreati sint, etiamsi legitimati alias existant, legitimamus, omnemque ab illis generaturæ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscunque bonis paternis, et maternis, et aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen pseudotalibus, et emphyteuticis, aut ecclesiasticis, vel ab ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicomisso, seu alias de jure valida dispositione succedere, et illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura legitima, et successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, et reintegrando realiter, et cum effectu, necnon ad dignitates, honores, et quæcumque alia officia sæcularia publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, et exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali characterem, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, et ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt promoveri, et postmodum characterem, et ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, ac qualiacumque cum cura, et sine cura beneficia ecclesiastica etiamsi personatus, administrationes, et officia, etiam curata, et electiva in cathedralibus et metropolitâis, vel collegiatis ecclesiis, seu si parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, ac canonicatus, et præbendæ non tamen in cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem cathedralibus post pontificalem majores, nec principales in collegiatis ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi

Legitimatio spuriorum.

Exemptio ab habitatione in civitate.

A gabellis, et decimis, aliisque oneribus.

Remissio fructuum male perceptorum.

Habilitatio ad successiones, honores, ordines, et beneficia.

Expedi-
tio li-
terarum apo-
stolicarum gra-
tis.

alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur, in illis recipere, et dummodo plura simul non sint, quamque a concilio Tridentino permittuntur quoad vixerint retinere libere, ac licite valeant similiter dispensamus; quodque omnes et quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, ac præsentæ, et quævis aliæ literæ apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ, gratis ubique expediantur, tam de capiendâ possessione nomine camere apostolicæ, quam in favorem literarum apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum dari poterunt, prout Nostris familiaribus, et continuis commensalibus, etiam gratis datur, ac conceduntur, etiam dari, et concedi debeant præcipimus, et mandamus. Ac dapiferis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel canonici metropolitanarum, aut aliarum insignium ecclesiarum, aut personæ quæcumque ecclesiasticæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in Romana curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis certis, et incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensarum episcopaliû, archiepiscopaliû, et abbatialiû, et dignitatû, et canonicatû, et præbendarum, cæterorumque beneficiorum ecclesiasticorum, non tamen per S. R. E. cardinales obtentorum, et in posterum obtinendorum, cum cura, et sine cura sæcularium, aut quorumvis ordinum regularium, seu fructus, redditus, et proventus, aliaque emolumenta, et distributiones huiusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiamsi alias semel, vel pluries translata, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel parte, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ, et extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, et proventus, et alia emolumenta, et distributiones huiusmodi usque ad summam prædictam uni,

Facultas trans-
ferendi pensio-
nes usque ad
summam centum
ducatorum.

vel pluribus aliis personis ecclesiasticis per eosdem dapiferos, et eorum singulos nominandis quotcumque, quæcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus alias tamen pensionum huiusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel earum procuratoribus legitimis eisdem modo, et forma, quibus eisdem dapiferis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque beneficiis huiusmodi obtinentium consensu integre persolvendas, seu persolvendos, et per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, et levandos, reservare, constituere, et assignare valeant. Ipsique translarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi dapiferi tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a prædecessoribus Nostris alias forsâ obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, et potiri volumus; decernentes ipsas translationes, et novas reservationes, constitutiones, et assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, et proventuum, aliorumque huiusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, et proventus reservatæ fuerint, obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis, et eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum auri de camera pro quolibet nunc, et pro tempore reservatarum, et reservandarum habitum, et tonsuram clericales gestare, et in illis dummodo ipsi habitum decentem, et honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum incurrere possint, ipsasque pensiones ad præfatam summam ducatorum ducatorum ascendentes; et reservatas, ut præfertur etiamsi matrimonium contraxerint, cum unica tantam, et virginæ recipere, et re-

Cumulativa
similium gra-
tiarum.

Facultas reti-
nendi pensio-
nes ad sum-
mam biscentum
ducatorum.

Absque neces-
sitate deferen-
di habitum, et
tonsuram cleri-
calem.

tinere; postremo quod bona quæcumque ad dictos dapiferos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam canonicatum et præbendarum, ac dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum, et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen, et licite acquisita, et acquirenda etiam in urbe, ejusque districtu, et ubicumque existentia spoliis minime subjaceant, sed ipsi dapiferi etiam si religioni alicujus militiæ non tamen sancti Joannis Hierosolymitani, adscripti fuerint de illis in favorem quarumcumque personarum, de jure tamen capacium etiam si curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto eos decedere contigerit testari, et alias disponere, eisque ab intestato decedentibus, eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant simili modo concedimus, et indulgemus; præcipientes, et mandantes dilectis filiis nunc, et pro tempore existentibus S. R. E. camerario, thesaurario, præsidentibus clericis cameræ Nostræ apostolicæ, ac quibuscumque aliis spoliatorum hujusmodi collectoribus, ac militum præfatarum officialibus, aut procuratoribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum dapiferorum desuper molestare audeant, seu præsumant, ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, et codicillorum per ipsos dapiferos de eorum bonis hujusmodi, servatis de jure servandis, faciendas, semper et perpetuo validas, et efficaces fore, nec eosdem dapiferos, eorumque aliquem ad literas super præsentibus cobficiendas in dicta camera insinuandum, aut admitti, et registrari faciendum, teneri, nec illas, etiam si infra tempus legitimum insinuatæ, admissæ, seu registratæ non fuerint propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere, easdemque præsentibus, et in eis contenta quæcumque sub quibusvis limitationibus, revocationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, constitutionibus apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ a Nobis, et dicta Sede pro tempore, et de quibusvis

causis, etiam urgentissimis etiam in divini cultus augmentum, etiam concistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenas, vel imposteram emanaverint minime comprehendendi, sed quoties illæ emanabunt toties in pristinum statum repositas, et reintegratas esse, et censeri, sicque per quoscumque judices, etiam commissarios quavis auctoritate fungentes in quavis causa, et instantia sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate ubique judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, et insuper dilectis filiis rescribendario, et computatori collegii scriptorum literarum apostolicarum; aliisque, ad quos earundem literarum expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pena indignationis Nostræ motu, scientia, et potestatis plenitudinæ similibus mandamus, ut easdem præsentibus, et forsitan alias literas super præmissis omnibus, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis contentis, gratis de mandato Nostro, ubique in omnibus officiis, etiam abbreviatorum, sollicitatorum, secretariorum, seu illorum suppressorum loco ministrorum cameræ apostolicæ plumbi, et registri absque alia pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis faciendæ omni contradictione, et dilatione cessantibus signent, expédiant, et expédiri faciant, non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo notariorum numero, etiam si ad illum non sit devenit, quibus alias per præsentibus non intendimus derogare, ac regala Nostra de præstando consensu in pensionibus, ac fel. recordationis Pii pp. IV. prædecessoris Nostri de similibus, vel dissimilibus gratis in camera apostolica, infra tres menses præsentandis, ac registrandis, ac recolendæ memoriæ s. Pii pp. V. etiam prædecessoris Nostri contra illegittimos, ac Pictaviensis concilii, et aliis apostolicis, ac etiam in universalibus, provincialibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus monasteriorum, ecclesiarum, ordinum, ac etiam urbis Romæ, et aliarum civitatum,

Exemptio a spoliis cum facultatibus testandi, exceptis equitibus s. Joannis Hierosolymitani.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Exemptio ab insinuatione in camera.

et terrarum, aut camere præfata, ac quarumvis universitatum, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, et naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus tam pontificiis, quam imperialibus, regiis, et ducalibus etiam sacris canonibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis, et locis quibuscumque in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibus, et aliis decretis etiam vim contractus, et statuti perpetui continentibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam concistorialiter, ac alias forsitan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, inter alia disponentibus, quod beneficia urbis, non nisi personis certis modo, et forma qualificatis, et oriandis exceptis locis, ac trium ordium militiarum expresse professis conferri, et commendari debeant; quibus omnibus etiam si alias pro eorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum serie, motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Concessum de speciali mandato
sanctissimi

F. M. sub-datarius.

Et cum absolute a censuris ad effectum ec. Et in casibus regulæ de insordescentibus cum opportuna illius, nec non alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, aliisque necessariis, et opportunis derogationibus, quatenus opus sit, et quod indulgentiarum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, et singulorum major, et verior specificatio, et expressio fieri posset in literis, in quibus singulorum dapiferorum nomina, et cognomina, ordines, qualitate, gradus dioceses, patriæ, et alia requisita exprimi, et describi, seu pro expressis, et descriptis haberi possint juxta notulam per ipsos, seu eorum deputatos confectam, simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedire et expediendi ec. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum transumptis etiam impressis, et sigillo, et manu alicujus personæ, in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, et subscriptis eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Volumus præterea, quod sola præsentis motus proprii Nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in judicio, et extra illud regula quacumque contraria non obstante. Concessum F. M. subdatarius. Datum Venetiis ex monasterio s. Georgij Majoris sexto idus maij anno primo.



N O M I N A

Eminentissimorum dd. cardinalium
et dd. dapiferorum sunt hæc
quæ sequuntur.

Gregorius Barnaba Chiaramonti mo-
nachus Cassinensis, nunc Pius
papa VII. Cæsenatensis.

Franciscus Cappelletti canoni-
cus cathedralis ecclesiæ Rea-
tinæ.

EPISCOPI IV.

Joannes Franciscus episcopus Ostien-
sis, et Veliternensis S.R.E. car-
dinalis Albani sacri collegii de-
canus.

Annibal Smidt beneficiatus ba-
silicæ principis apostolorum.

Henricus Benedictus Maria Clemens
episcopus Tusculanus S. R. E.
cardinalis dux Eboracensis, ejus-
dem S. R. E. vice cancellarius.

Alexander Bernetti canonicus
coadjutor metropolitanæ ec-
clesiæ Firmanæ.

Leonardus episcopus Prænestinensis
S. R. E. cardinalis Antonelli

Marius ex baronibus Ancajani

Aloisius episcopus Albanensis S.R.E.
cardinalis Valenti Gonzaga.

Dominicus Giorgi Maricanæ
diocesis.

PRESBYTERI XXIII.

Franciscus tituli sancti Laurentii in
Lucina Carafa.

Abbas d. Hesmivii de Auri-
beau, archidiaconus, et vi-
carius generalis Dignen.

Franciscus Xaverius tituli sanctæ Pra-
xedis, et ecclesiæ sancti Martini
ad Montes abbas comendatarius
De Zelada.

Abbas Dominicus Piatti be-
nificiatus Paduanus.

Guidus tituli sanctæ Mariæ Trans-
pontinæ Calcagnini episcopus
Auximianus et Ciagulanus.

Carolus presbyter Castellani
della Motta.

Bernardinus tituli sanctorum Mar-
cellini, et Petri Honorati epi-
scopus Senogalliensis.

Bernardinus Falleri presbyter
Venetus.

Andreas tituli sanctæ Pudentianæ
Joannetti archiepiscopus Bono-
niensis.

Joachimus Reali eques Ro-
manus.

Hyacinthus tituli sanctæ Cecilie Ger-
dil.

Marcus Antonius Saufermo
Carioni Pezzi Venetus.

Carolus Josephus tituli sancti Calixti
de Martiniana episcopus Vercel-
lensis.

Seraphinus Viviani presbyter
Romanus.

Alexander tituli sanctæ Mariæ in
Ara Cœli Matthei archiepiscopus
Ferrariensis.

Petrus Coluzzi presbyter, et
canonicus ecclesiæ civitatis
Castellanæ.

Franciscus tituli sanctæ Crucis in Hie-
rusalem Herzan de Harras.

Carolus ex principibus Ode-
scalchi.

Joannes Andreas tituli s. Eusebii Ar-
chetti.

Antonius Monti presbyter Ascu-
lanus.

Joseph tituli s. Petri in Vinculis Do-
ria Pamphilj.

Philippus Alexander Evange-
listi canonicus, et presby-
ter Romanus.

Carolus tituli sanctæ Mariæ de Pace
Bellisomi.

Petrus comes Liberati della
Torre.

Carolus tituli sancti Silvestri in Capite
Livizzani.

Hieronymus comes Montani
Firmanus.

Franciscus Antonius tituli sanctorum
XII. Apostolorum de Lorenzana.

Emmanuel Cedillo presbyter
Hispalensis.

Ignatius tituli sanctæ Mariæ Angelo-
rum Busca.

Franciscus Baldi presbyter Bo-
noniense.

Stephanus tituli sancti Clementis Bor-
gia.

Cæsar Borgia eques Hieroso-
lymitanus.

Antonius tituli sancti Joannis ante
portam Latinam Dugnani.

Franciscus Fracassi, presbyter
Venetus.

Hyppolithus tituli sanctorum Nerei,
et Achillei Vincenti Mareri.

Vincentius eques Brenciaglia.

Joannes Suffredus tituli sanctissimæ
Trinitatis in monte Pincio Maury

Abbas Aloisius Maury de Vaul-
reas.

Joannes Baptista tituli sancti Lauren-
tii in Panisperna Bussi de Pretis,

Cognominatus de Monce ca-
nonicus, et vicarius genera-
lis Tholonensis,

Franciscus Maria tituli sanctæ Mariæ
de Populo Pignattelli.

Aloisius Comes Piretti Ferra-
riensis.

Bull Rom. Tom. XI. F. 59.

Aurelius tituli sanctorum Joannis,
et Pauli Roverella.

Ludovicus comes Gazzoli In-
teramnensis.

Julius Maria tituli sanctæ Sabinæ de
Somalia.

Ignatius canonicus, et comes
Nasalli.

DIACONI VI.

Antonius Maria s. Mariæ ad Marty-
res Doria Pamphilj.

Antonius Canonicus Fantoni.

Romualdus sancti Nicolai in carcere
Tulliano Braschi Honesti,

Stephanus Martinus de Morell
de Mons vicarius Tholo-
nensis.

Philippus sancti Eustachii Carandini.

Philippus Jappelli, canonicus
Venetus.

Ludovicus sanctæ Agathæ in Subur-
ra Flanghini.

Vincentius comes Anzidei Pe-
rusinus.

Fabritius sancti Angeli in Foro Pi-
scium Ruffo.

Joannes Paulus Vergani.

Joannes sancti Georgii in Velabro Ri-
nuccini.

Philippus Quoiani presbyter
Romanus.



Dat. die
12 maii
1800.
anno 1.

IV.

Concessio erogandi fructus ecclesie parochialis terrae Altidonae Firmanae diocesis pro recuperatione argenteae suppellectilis ecclesie metropolitanae Firmanae, et restauratione domus missionum ejusdem civitatis.

Venerabili fratri archiepiscopo
Firmano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater, salutem,
et apostolicam benedictionem

Expositio pre-
cum et ratio
concessionis.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper humiliter fecisti tu, quod grassante bello universa inter civitates, et loca huic infortunio obnoxia diocesis Firmana exempta haud remansit; ipse enim civitatis monasterium Pietatis pro pauperibus sublevandis provide institutus, directus, atque expilatus extitit, ac metropolitana ecclesia argenteis vasis aliisque suppellectilibus spoliata, ac domus regularis congregationis missionis Firmana ad ruinam ferme reducta, et ad excipiendos inibi clericos ad sacros ordines promovendos, et ad cantum, ecclesiasticas caeremonias, aliaque spiritualia exercitia pro cleri utilitate necessaria omnino rite informandos impar omnino respective remanserunt. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, tu opus restaurationis praedictae domus regularis, pro qua non vulgares requiruntur expensae, aggredi, et perficere, simulque nonnulla sacra argentea suppellectilia ad metropolitanam ecclesiam praeferre spectantia penes certas pias personas, quae illa ab iniquissimorum hominum voracitate mediante solutione realis earum pretii subtraxerunt modo remaneant, promeritam eis hujusmodi pretii reintegrationem praebendo recuperare, ac demum monti Pietatis hujusmodi de aliquo subventionis auxilio, quo pauperes in hujusmodi temporum circumstantiis a feneratorum angustiis opportunam communium calamitatum captantium occasionem redimantur providere ioteodas. Cumque parochialis ecclesia praepositura nuncupata oppidi seu loci d' Altidona Firmanae diocesis non mediocribus dotata redditibus, ac centum, et quadraginta circiter parochianos e-

numerans, quod Nos habere volumus pro expresso, vacans modo ad praesens reperitur, plurimum proinde cupis tu dictae parochialis ecclesiae, sicut praefertur, vacantis fructus in superius, sicut praefertur, expositos usos impendere, atque erogare, si ei ad id Nostrae, et Sedis apostolicae infrascripti indulti gratia suffragetur, ideo Nobis humiliter supplicari fecisti, quatenus tibi in praemissis opportune consulere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur te specialis gratiae favore prosequi volentes, nec non a quibusvis suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, tibi, ut praefatae parochialis ecclesiae, sicut praefertur, vacantis occasione, provisione, et quavis alia dispositione per decennium proximum tantum suspensis remanentibus, et interim deputato per te eadem parochiali ecclesiae economo, qui cum congrua mercedis assignatione ex fructibus, redditibus dictae parochialis ecclesiae a te arbitrio tui praeficiendo curam animarum dilectorum filiorum illius parochianorum in ea exerceat, et onera parochialia adimpleat, residuales illius fructus, redditus, et proventus, et non alias fideliter impendere et erogare valeas, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus et indulgemus, irritumque decernimus et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Venetiis ex monasterio sancti Georgii Majoris sub annulo piscatoris die decima secunda maii millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Negotium expleandum remittitur arbitrio, et conscientia archiepiscopi Firmani salvis oneribus parochialibus ab illius ecclesiae administratione implendis.

Derogatio contrariorum.



Dat. die
15 maii
1800
anno L.

V.

Encyclicæ literæ missæ occasione electionis suæ.

Venerabilibus fratribus

Patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis universis gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habentibus.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

Diu satis videmur apud vos tacuisse: nunc exactis duobus jam mensibus, iisque non cura, nec labore vacuis, ex quo hoc tantum oneris Nostræ imbecillitati Deus imposuit, cunctæ ut Ecclesiæ suæ Nos præficeret, obtemperandum Nobis est non tam consuetudini, quæ vel ab ultimis temporibus invaluit, quam amoris erga vos Nostro, quem necessitudine collegii dudum susceptum, nunc vero mirum in modum auctum, pleneque cumulatam sentimus, vos ut per has literas saltem adloquamur; quo nihil sit Nobis dulcius, nihil jucundius. Ad quod Nos etiam vehementer hortatur, et impellit officii illius, quod propriam Nobis, et præcipuum est, ratio illis consignata, et declarata verbis » confirma » fratres tuos. » Neque enim hoc miserimo, ac turbulentissimo tempore minus quam unquam antea Satan » expetivit nos omnes; ut cribaret » sicut triticum. » Quamquam quis est tam hebes, tam averso a Nobis animo, qui intelligat, periadeque perspiciat, atque illa, quæ oculis cernuntur, in his quoque difficultatibus, et asperitatibus rerum præstiasse Christum, quod esset professus, ut » oraret pro Petro, ne fides ejus » deficeret (1)? » Obstupescant posteri certe sapientiam, magnitudinem animi, et constantiam Pii VI., cujus potestati Nos successimus; utinam vero etiam virtuti, quæ nullo tempestatum impetu, neque calamitatum concursu convelli, aut labe-

factari potuit. Næ is Martini illius, a quo Nostræ olim Sedi tanta accessit laus, primum in affirmanda, ac defendenda veritate fidem, in perferendis deinde laboribus, et ærumnis parem fortitudinem Nobis retulit, civitate, et Sede sua crudelissime pulsus, imperio, honore, fortunæ omnibus spoliatus, statim ut locum quietis et tranquillitatis aliquem videbatur nactus, demigrare alio compulsus, adfecta quamvis ætate, et valetudine esset, ut nec pedibus ingredi possêt, in longinquam adeo terram abstractus, quàm acerbioris præterea exilii terror identidem ei proponeretur, quum, nisi alienjus fuisset ei pietas, et liberalitas opitulata, non habuisset quo se, et paucos, qui se assectarentur, aleret, quum ejus infirmitas, et solitudo quotidie testaretur, nunquam tamen a se ipse discessit, non ulla fuit deceptus fraude, nullo perturbatus metu, nulla spe delinitus, nullis incommodis, nec periculis fractus, nullam ab eo ne literam quidem, aut vocem exprinere inimici potuerunt, quæ non documento esset omnibus, Petram » ad hoc usque tempus, et semper » in suis successoribus vivere, et » judicium exercere, quod nemini » dubium, atque omnibus adeo ætatibus apprime cognitum esse (2), » auctor valde bonus in concilio Ephesino pronuntiavit. Quanti vero faciendum illud est, et quo grati sensu animi memoria repetendam, quod eo fuit sane tempore Pio VI. mors a Deo donata (sic enim est dicendum potius quam vita erepta) quum nihil jam impedimento esset, quominus de successore illius declarando rite deliberaretur? Recordamini venerabiles fratres, quo eramus metu solliciti, et suspensi, quum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, et ipsi suis sedibus ejeti, complures in custodiam traditi, aliquot ad necem expetiti, permulti mare trajicere summa hyeme coacti, rebus nudati suis, egentesque omnes, magno plerique intervallo a se disjuncti, quum viis ab hoste obsessis, nec literæ illos inter commeare, nec ipsi quo velent, oportuissetque, adire permit-

(1) Luc. 22.

(2) Actio 11.

terentur, nunquam profecto videbantur convenire posse, ut Ecclesiae orbitati succurrerent more institutoque majorum, si quis casus Pium VI. perculisset, quem quotidie de vita dimicare audiebamus. Quis tunc afflictis, ac perditis prope rebus humano solum consilio, atque ope nixus id sperare, quod singulari Dei benignitate evenit, fuisset ausus, non ante e vita Pium VI. excessurum, quam constituta ab ipso pontificiorum post se habendorum comitiorum ratione, quæta fere pacata Italia, comparatis omnibus cardinales frequentissimi Venetiis præsto essent futuri ad suffragium ferendum in carissimi in Christo filii Nostri Francisci Hungariæ regis apostolici, et Bohemiarum regis illustris, ac Romanorum imperatoris electi præsidio, ac tutela? Agnoscant vel ex his homines, frustra quemquam conari » Domum Dei » evertere, quæ est ecclesia super Petrum, veritate, non solum nomine petram, ædificatam, contra quam » portæ inferi non prævalent (1), fundata enim est super » petram (2). Nemo unquam religionis christianæ hostis fuit, quin bellum eodem tempore nefarium cum Petri cathedra gesserit, qua stante, illa cadere, et labare nequeat: cuius pontificum » ordinatione, et successione, » uti denunciavit aperte omnibus sanctus Irenæus (3), » ea, » quæ est ab apostolis in Ecclesia » traditio, et veritatis præconatio pervenit usque ad nos, et est plenissima hæc ostensio, unam, et eandem vivificatricem fidem esse, » quæ in ecclesia ab apostolis, usque » nunc sit conservata, et tradita in » veritate. » Hac prorsus via grassati etiam sunt, qui Nostra ætate nescio quam pestem, ac labem falsæ philosophiæ supponere contenderunt ei philosophiæ (sic enim christianam doctrinam rectissime appellant Græci præsertim patres) quam Dei filius æterna ipsa sapientia e cælo detulit, atque hominibus impertivit. Atqui » scriptum est; » pulchre omni-

no in eos Pauli ista jactantur (4):
 » Perdam sapientiam sapientium, et
 » prudentiam prudentium reprobo.
 » Ubi sapiens, ubi scriba, ubi in-
 » quisitor hujus sæculi? Nonne stol-
 » tam fecit Deus sapientiam hujus
 » mundi? » Quæ sane eo libentius commemoramus, venerabiles fra-
 tres, quod inde animus mirum in
 modum recreetur, et erigatur, et
 inflammetur ad nullam defugiendum
 laborem, nullam dimicationem pro
 Christi Ecclesia, quam is Nobis, non
 solum non optantibus, sed ne cogi-
 tantibus quidem, quin multum re-
 formidantibus, regendam, tuendam,
 oroandam, amplificandam tradidit,
 et commendavit: qui certe » idoneos
 » nos faciet ministros novi testamen-
 » ti, uti sublimitas sit virtutis Dei,
 » et non ex nobis. » Quamobrem
 » vestram nunc excito in commo-
 » tione sinceram mentem, » venerabiles fratres, quos hæc nimirum
 cura et sollicitudo pro sua quemque
 parte tangit, ut conspiretis Nobiscum,
 ut vestrum in id studium, diligen-
 tiam, operam conferatis. Quod Chris-
 tus precatus a patre suo est nun-
 quam ex animo effluat: » Pater san-
 » cte serva eos in nomine tuo, ut
 » sint unum sicut et nos.
 » non pro eis (apostolis scilicet)
 » rogo tantum, sed et pro eis, qui
 » credituri sunt per verbum eorum
 » in me, ut omnes unum sint,
 » sicut tu pater in me, et ego in
 » te, ut et ipsi in Nobis unum sint
 » (5). Nostrum est maxime officium
 » ejusmodi unitatem firmiter tenere,
 » et vindicare, » ut Cyprianus admo-
 net, (de unitate Ecclesiæ) quam
 intuens, ac demirans » credat mun-
 » dus, quia tu me misisti; » quod
 pergit orare Christus. Quamobrem
 Christi ipsius, qui Nobis adest, nec
 a Nostro unquam latere discedit,
 Nosque confirmat illis verbis » non
 » turbetur cor vestrum, neque for-
 » midet; creditis in Deum, et in
 » me credite (6), » ejus auxilio in-
 quam freti; communi studio, et
 alacritate ad communem salutem in-
 cumbamus. Urbes, oppida, agri,

(1) *Matth.* 16.(2) *Matth.* 7.(3) *Adv. hæres.* l. 3, cap. 3.(4) *Corinthior.* I. 1. v. 19. 20.(5) *Joan.* 17.(6) *Joann.* 14.

civitates ; provinciæ , regna , nationes per tot annos jam divexatæ , afflictæ , miseræ , ac perditæ solatium aliquod , et remedium efflagitant : quod non aliunde quidem est , quam a Christi doctrina quærendum , sperandumque . Næ qui ab illa alieno adhuc sunt animo , eos possumus confidentia majore nunc Augustini vocibus lacessere (1) : „ dent exercitum talem , quales doctrina Christi esse milites jussit , dent tales provinciales , tales maritos , tales conjuges , tales parentes , tales filios , tales dominos , tales servos , tales reges , tales judices , denique debitorum ipsius fisci redditores , et exactores , quales esse præcipit doctrina Christiana , quod cum efficere nequeant , non dubitent eam confiteri magnam , si obtemperentur , salutem esse reipublicæ . Nostri ergo muneris et officii est , venerabiles fratres , hominibus , gentibus laborantibus succurrere , mala , quorum cogitatio lacrymas commovet , quæque premunt , quæque impendent , ab omnium cervicibus depellere : nam „ dedit Christus pastores , et doctores ad consummationem sanctorum , in opus ministerii , in ædificationem corporis Christi : donec occurramus omnes in unitatem fidei , et agnitionis filii Dei (2) . „ A qua opera navanda si quid forte quemquam Nostrum deterreat , aut impediatur , aut retardet , quo se flagitio ille , ac scelere adstriaget ! Vos itaque , venerabiles fratres , oramus primum omnium , et obsecramus , hortamur et monemus , atque adeo vobis mandamus , ut nihil vigilantia , nihil diligentia , nihil curæ , nihil plane laboris prætermittatis , quo „ depositum custodiatis „ doctrinæ Christi , ad quod perdendum nœstis , quanta conjuratio , et a quibus facta sit . Ne quem ante in clerum adsciscatis , ne cui omnino „ dispensationem „ credatis „ mysteriorum „ Dei , „ ne quem confessiones audire , aut conciones habere patiamini , ne cui curationem , aut munus

quodcumque deferatis ; quam sedulo expendatis , et excutiatis ; lenteque „ probetis spiritus , utrum ex Deo „ sint . „ Quandoquidem utinam non usu didicerimus , quam hæc ætas magnam „ pseudo-apostolorum „ copiam effuderit , „ qui sunt operarii subdoli transfigurantes se in „ apostolos Christi , „ a quibus , nisi prospiciamus , næ , „ sicut serpens „ Hevam seduxit astutia sua , ita „ corrumpentur sensus fidelium , et „ excident a simplicitate , quæ est in „ Christo (3) . „ Atque „ universo „ quidem gregi , in quo vos Spiritus „ Sanctus posuit episcopos attendere „ vos oportet , sed omnium maxime paterni amoris benevolentiaque vestrae vigilantiam , studium , industriam , operam pueri sibi , et adolescentes deposcant : quos cum exemplo suo Nobis , tum oratione Christus tam vehementer commendavit (4) , quorum in teneris animis inficiendis et corrumpendis omnes contenderunt nervos , qui res privatas , et publicas evertere divina , et humana jura omnia permiscere sunt moliti , spem in eo maximam nefaria cogitata perficiendi collocantes . Neque hos enim fugit , molliis ceræ instar illos esse , qui tractari facile , et in quamlibet partem flecti , et flogi possint : quam vero formam semel susceperint , eam , quam ætate progressi obduruerint , pertinacissime retinent , aliamque respiciunt ; ex quo tritum illud omnium sermone e divinis literis proverbium : „ Adolescens juxta viam suam , etiam cum „ senuerit , non recedet ab ea (5) . Nolite ergo committere venerabiles fratres „ ut „ filii hujus seculi prudentiores , quam „ filii lucis in generatione sua sint . Quibus viris regendi in seminariis , et collegiis tradantur pueri , et adolescentes , quibus disciplinis imbuantur , qui deligantur in lycæis magistri , quæ scholæ habeantur , etiam atque etiam considerate , pervestigate sedulo , odoramini , lustrate omnia : excludite , arcete „ rapaces lupos , non parcetes „ innocentium agnorum gregi , ac , si quo forte irrepserint , eos iade extrudite , exterminate protinus „ se-

(1) *Lib. 83. Quæst.*(2) *Ephes 4. v. 12.*(3) *2. Cor. 11.*(4) *Matth. 19 , Marc. 10. , Luc. 18.*(5) *Prov. 22.*

„ eundem potestatem, quam dedit
 „ vobis Dominus in ædificationem (1).
 Quæ sane potestas vel in ea, quæ
 capitalior sit, excindenda peste, li-
 brorum scilicet, ut a Nobis tota ex-
 promatur, postulat ipsa etiam Eccle-
 siæ salus, reipublicæ, principum,
 mortalium omnium, quam vita No-
 stra multo cariorem, et potiore habere
 debemus. Quo de argumento copiose
 apud vos, et accurate egit fel.
 rec. prædecessor Noster Clemens XIII.
 in suis apostolicis literis in forma Bre-
 vis ad vos die 25. nov. ann. 1766.
 datis. Neque illos modo libros extor-
 quendos de hominum manibus, de-
 lendos peñitus, et comburendos di-
 cimus, quibus aperte doctrina Christi
 oppugnatur; sed etiam, ac multo
 magis omnium sunt mentes, atque
 oculi ab iis prohibendi, qui occultius
 illud, atque ex insidiis faciunt.
 Ad quos internoscendos, tractatu lon-
 go, ut Cyprianus inquit (de unit.
 Ecclesiæ) » et argumentis opus non
 » est: probatio est ad fidem facilis
 » compendio veritatis: loquitur Do-
 » minus ad Petrum . . . pascite oves
 meas. Id pabuli ergo genus oves Chri-
 sti salutare sibi ducere, id amplecti, eo
 se alere debent, quo Petri illas vox,
 et auctoritas immiserit: unde vero
 hæc avocet, ac deterreat, id noxium
 plane, ac pestiferum existimare, ab eo
 vehementissime abhorre, nec ulla
 capi specie, pervertique illecebra. Qui
 non ita se morigeros præbeant, in ovi-
 bus Christi certe numerandi non
 sunt. Qua in causa, venerabiles fra-
 tres, non possumus connivere, nec
 tacere, nec remissius agere: nisi enim
 hæc tanta cogitandi, loquendi, scri-
 bendi, legendique licentia coerceatur
 et reprimatur, hoc malo, quo
 tandiu afflictamur, relevati tantisper
 videbimur sapientissimorum, et for-
 tissimorum regum, et ducum con-
 silio, et copiis: ast, ejus stirpe, et
 semine non sublato, et extincto, (per-
 horresco equidem dicere, verum est
 dicendum) serpet illud latius, et ro-
 borabitur, orbemque terrarum totum
 complectetur, nec ei posthac delendo,
 aut propulsando militum legiones,
 excubiæ, vigiliæ, munitiones urbium,

propugnacula imperiorum sufficient.
 Quem Nostrum, venerabiles fratres,
 non moveat et excitet quod Ezechie-
 lem vatem Nobis edicit (2).
 Fili hominis, speculatorem dedi te
 „ domui Israel: et audies de ore meo
 „ verbum, et annuntiabis eis ex me.
 „ Si dicente me ad impium: morte
 „ morieris, non annuntiaveris ei . . .
 „ ipse impius in iniquitate sua mo-
 „ rietur: sanguinem autem ejus de
 „ manu tua requiram. Hæc me sen-
 tentia, fateor, dies, noctesque exsti-
 mulat, ac puogit, nec patietur, un-
 quam in meo fungendo munere iner-
 tem esse, ac timidam; vobisque me
 non modo adiutorem, et fautorem
 semper, sed principem, ac ducem fore
 polliceor ac spondeo. Atqui est aliud
 præterea, depositum custodiendum,
 Nobis, venerabiles fratres, magna-
 que animi firmitudine et constan-
 tia tuendum, sanctissimarum scilicet
 Ecclesiæ legum, quibus disciplinam
 suam ipsa, penes quam nimirum
 unam ejusmodi sit potestas, consti-
 tuit, quibus profecto pietas, virtus-
 que floret, quibus Christi sponsa, ter-
 „ ribilis est, ut castrorum acies or-
 „ dinata, quarum pleræque etiam,
 „ velut quædam fundamenta sunt
 „ ferendis fidei jacta penderibus, ut
 s. Zosimi prædecessoris Nostri verbis
 utamur (3). Nihil est, quod civitatum
 principibus, ac regibus majori fru-
 ctui, gloriæque esse possit, quam,
 si, ut sapientissimus fortissimusque
 alter prædecessor Noster s. Felix Ze-
 noni imperatori perscribebat, „ Ec-
 „ clesiam catholicam . . . sinant
 „ uti legibus suis, nec libertati ejus
 „ quemquam permittant obsistere....
 „ Certum est enim, hoc rebus suis
 „ esse salutare, ut, cum de causis
 „ Dei agatur, juxta ipsius constitu-
 „ tum, regiam voluntatem sacerdo-
 „ tibus Christi studeant subdere, non
 „ præferre, . De honorum vero Ec-
 clesiæ „ deposito, quæ quidem vota
 sunt opes, sacra pecunia, sanctorum
 substantia, res Dei, quemadmodum,
 patres, concilia, divinæque literæ
 significant ac declarant, ecquidnam
 vobis, venerabiles fratres præcipiemus,
 ecclesia nunc iis spoliata misere, ac

(1) 2. Cor. 13.

(2) 3. v. 17. 18.

(3) Epist. 7.

nudata? Id nempe unum, ut detis operam, ut contendatis, quo omnes intelligant, ac in animum inducant, quod Aquisgranense olim concilium brevi hac, et perspicua, accurataque sententia conclusit: „ Quisquis „ quæ alii fideles de hæreditate pos- „ sessionum suarum, ob remedium „ animarum suarum, Deo ad hono- „ rem, et decorem Ecclesiæ suæ, „ ejusque ministrorum usus, con- „ tulerunt, aut abstulerit, aut au- „ ferre præsumpserit, procul dubio „ aliorum data in animæ suæ con- „ vertit periculum (1). „ Non certe „ tenacitatis studio „ (næ omni ratione cautis hoc possumus non minus quam s. Agapitus prædecessor Noster confirmare) „ aut sæcularis utilitatis causa, sed divini consideratione judicii (2) ad ea repetenda movemur, quorum jubemur „ dispensatores esse fideles, et prudentes. Quamquam nullum plane precibus, nec adhortationibus, nec monitis, nec actionibus Nostris reliquent locum christiani reges, civitatumque principes, qui se Ecclesiæ „ nutrices (3) per Isaiam fuisse dictos, optime teneant, atque esse gloriantur; quorum profecto fides, pietas, æquitas, sapientia, religio tantam spem Nobis adfert, tantamque expectationem excitat, ut pro certo habeamus, curatores illos reddi protinus „ quæ „ sunt Dei Deo; neque commissuros suas personare aures his Dei ipsius vocibus, et querelis: „ argentum meum, et aurum tulistis, et desiderabilia mea et pulcherrima (4): „ nec dissimiles Constantini, et Caroli Magnorum futuros, quorum præcipue fuit in Ecclesiam nobilitata liberalitas, et justitia: quorum etiam alter se professus est „ nosse multa regna, et reges eorum „ propterea cecidisse, quia Ecclesiam „ exspoliaverunt; „ cujus rei causa suis liberis, et iis, qui postea rempublicam gerent, edicit et inculcat: „ quantum valemus, et possumus, per Deum, et omnia sanctorum merita, prohibemus, contestamurque, ne talia faciant, nec

„ facere volentibus consentiant, sed „ adutores „ et defensores ecclesiarum, et cultorum Dei pro viribus „ existant (5). „ Neque illud in harum literarum extremo celari vos oportet, venerabiles fratres; „ quoniam tristitia mihi magna est, et continuus „ dolor cordi meo, „ pro filiis meis, qui sunt Galliæ populi, cæterique, apud quos idem furor nondum defervit. Quid mihi optatius contingeret, quam vitam pro illis profunderet, si eorum salus meo posset interitu representari? Non inficiamur, quin præ Nobis ferimus, permultum ad Nostrum Inctus acerbiter minuentem ac lenientem valere invictum animi robur, et constantiam, quam complures ex vobis præstitistis, quæ menti obversatur quotidie Nostræ, quamque omnis generis quidem homines, ætatis, ordinis mirifice sunt secuti: qui sane quidvis injuriarum, periculorum, jacturarum, suppliciorum perpeti, mortemque ipsam optepere maluerunt, præclarumque id sibi existimarunt, quam illiciti, ac nefarii sacramenti labe pollui, ac scelere alligari, atque Sedis apostolicæ decretis, ac sententiis non parere. Næ haud minus est virtus, Nostra memoria, quam crudelitas renovata priscorum temporum. Neque ulla vero usquam gens est, quam non mea cogitatio, paternusque amor, et cura complectatur, cujus a Nobis, et a veritate dissidio non valde moream et discrucier, cuique opitulari non gestiam. Nobiscum ergo societatem etiam coite precum, ut post diuturnam hanc jactationem „ Ecclesia habeat pacem, ut ædificetur „ ambulans in timore Domini, et „ consolatione Sancti Spiritus, nullaque res jam impediatur, quin unum ex omnibus nationibus „ ovile fiat, „ et unus pastor. Vobis interea tam bene animatis, ac paratis, et, cui præsidetis, gregi apostolicam benedictionem præpensissima voluntate imperitum. Datum Venetiis ex monasterio s. Georgii Majoris die decima quinta maii millesimo octingentesimo, pontificatus Nostrum anno primo.

(1) *Cap. 37. tom. iv. Conc. Har-*
duin. col. 1423.

(2) *Ep. 4. ad Cæsar. ep. Arelat.*
Bull. Rom. Tom. XI. F. 59.

(3) *49. 23.*

(4) *Joel. 3.*

(5) *Ap. Balut. capit. l. i. cap. 3.*

VI.

Dat. die
18 maii
1800
anno I.

Homilia habita in consecratione Francisci S. R. E. cardinalis Herzan de Harras episcopi Sebariensis in Hungheria Venetiis in templo s. Georgii Majoris.

Episcopalis consecrationis sacramento solemniter a Nobis hodie tibi, dilecte fili Noster, collato, occurrunt peropportune divina illa verba, quibus Christus Dominus optimi cujusque animarum pastoris imaginem ad vivum expressit. » Ego sum » pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis (1). Nimirum his verbis omnia episcoporum munia est luculenter complexus. Nam et formam bonitatis suae, quam Nos episcopi imitemur, proposuit, et contemendae mortis pro gregibus nostris viam aperuit, quam per vestigia ejus generoso animo, quotiescumque oportuerit, ingrediamur. Neque enim pastorem, sed mercenarium vocat illum, qui oves Domini non propter Dominum pascit, sed propter utilitates suas. » Mercenarius quippe est (ut scite animadvertit s. Gregorius Magnus) qui » locum quidem pastoris tenet, sed » lucra animarum non quaerit, terrenis commodis inhiat, honore praerogationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reverentia laetatur (2). Bonus pastor ex Christi Domini sententia » Ostiendit est ovium, cognoscit oves suas, et cognoscitur ab ovibus, ponit animam suam pro ovibus (3).

Hunc te bonum pastorem, dilecte fili Noster, hodierna consecratio virtute Spiritus Sancti informavit, unctio robotavit, septiformis gratia firmavit. » Haec te induit armaturam Dei, ut possis stare adversus insidias diaboli: quoniam non est Nobis colluctatio adversus carnem, et sanguinem, sed adversus principes, et potestates, adversus

» mundi rectores tenebrarum harum (4). Propterea accepti in spiritu per manus Nostras armaturam Dei, » ut possis resistere in die malo » et in omnibus perfectus stare succinctus lumbos tuos in veritate, et » indutus loriceam justitiae, et calcatus pedes in praeparatione evangelii pacis, in omnibus teneas scutum fidei, in quo possis omnia tela nequissimi ignea extinguere (5).

Etsi autem Nobis, caeterisque episcopis nunquam liceat esse otiosus, sed omni tempore vigilare debeamus custodientes sollicitè causas Domini, ne quos spiritualium bestiarum per offusas ab inimico homine tenebras patiantur incursus, id tamen hodie multo majore studio ac contentione praestandum est, cum impia quaedam falsi nominis philosophia incredibili sane vecordia, et venenatis scriptis, et exitiis armis tota in id novum incumbat, ut Ecclesiam Dei, et sanctam Sedem Nostram radicatas, si fieri possit, evellat, ut, ea evulsa, regum, et principum imperia prorsus evertat. Bestia immanis, tetra, truculenta! quam Joannes vidit, et cui, ut idem evangelista scribit, » datum est os loquens magna, et » blasphemias, et bellum facere cum » sanctis, et vincere eos (6).

Haec philosophia eos homines protulit, eduxit, et aluit, quos Europa fere omnis proprio experimento jam novit, » se ipsos » (ut inquit apostolus) » amantes, cupidos, » elatos, superbos, blasphemos, parentibus non obediens, ingratos, » scelestos, sine affectione, sine pietate, criminales, incontinentes, » inimicos, sine benignitate proditores, protervos, timidos, voluptatum amatores; habentes speciem pietatis, virtutem ejus abnegantes (7).

Sed licet per inanem fallaciam, et inutiles, et vanas contentiones, pessima isthaec praestigiatrix justo iudicio Dei seduxerit corda multorum, tamen processu temporis, et hisce Nostris diebus, positus jam calamitas

(1) Joan. cap. x. v. xi.

(2) Homil. xiv. in evang.

(3) Joan. loc. cit.

(4) Ad Ephes c. vi. ver. xi. xii.

(5) Ibid. loc. cit. a ver. xiii. usq. ad xvii.

(6) Apoc. cap. xiii. ver. v. et vii.

(7) II. Ad Tim. c. iii. ver. ii. et seq.

stris et furo, totam suam fœditatem, atque immanitatem aperuit, ut nemo sit rationis sanæ particeps, quin cognoscat, videat, planeque sentiat, eam vere » nocere terræ, et mari.

Contra hoc ergo fatale monstrum oportet, ut conjunctis sacerdotii, et imperii viribus strenue, opitulante Deo, irruamus, atque ab hoc adeo necessario bello non nisi pleno triumpho abistamus.

Verumtamen iis armis, quæ a Deo sunt per episcopalem consecrationem accepta, alia quoque præsidia sunt a Nobis quærenda. Ea autem undenam petenda sunt? Nimirum ea suppeditabunt orationes, jejunium, sacrificia, vitæ, morumque innocentia, animorum in Domino Nostro Jesu Christo concordia. Connexio in primis omnium ordinum ad religionis causam tuendam servanda est; » quæ cum totius corporis » unitatem requirit, tum præcipue » concordiam exigit sacerdotum (1).

Suppeditabit hæc præsidia recta, et ex Ecclesiæ more peracta dispensatorum Dei mysteriorum electio, ut ii animarum regimini præficiantur, » qui mysterium habeant » in conscientia pura, qui sint exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, » in castitate, qui sciant instare oportune, importune, arguere, obsecrare, atque etiam increpare in » omni patientia, et doctrina. (2)

Suppeditabit ea etiam diligens, ac provida ecclesiasticæ juventutis ad omnem sanctitatem, ac sapientiam institutio, ut deinde qui ad evangelii ministerium electi secundum suam vocationem sunt, » formam » habeant sanorum verborum, et potententes sint exhortari in doctrina » sana, et eos qui contradicunt arguere (3). Quid enim tam inonestum, quam si vir ecclesiasticus » iis qui foris sunt calumniatoribus » per ignorantiam conticescat, et » christianus de Christo reddere rationem nesciat (4)?

Denique ea suppeditabunt vigilantes curæ, ne doctrinarum pravæ contagia, » quarum veneficiis » omnes gentes erraverunt, latius manent, ac grassentur ad exitium Dominici gregis, ad dissolutionem civilis societatis universæ. Nullis enim armis firmioribus Ecclesiæ, atque imperii hostes usi sunt ad ea mala perpetranda, quæ vidimus, quæ perpessi sumus, quæ nunquam satis erimus desleturi. His armis potissimum religionis, atque imperii hostes Ecclesiam in invidiam potentium vocaverunt, his adversus potentes odia populorum incitaverunt, his bellum capitale, teterrimum, internecinum in sacerdotium, atque in reges conflaverunt, his sanctuarium etiam Domini concusserunt, his regna florentissima perdiderunt.

Quam vero ea præsidia omnia sint hodie non solum Ecclesiæ, sed etiam cunctis regnis, atque imperiis necessaria gravissimo judicio suo carissimus in Christo Filius Noster Franciscus II. Romanorum rex in imperatorem electus, palam se plane nosse declaravit, cum Sabariensi ecclesiæ te, dilecte fili Noster, præ ceteris potissimum a Nobis præficiendum curavit. Noverat enim sapientissimus, idemque religiosissimus Cæsar, te non iis solum dotibus, quæ optimum coram Deo, coramque hominibus constituunt, episcopum eminere, verum etiam hisce omnibus præsidiiis, quæ ad episcopatum sancte, et cum Ecclesiæ utilitate gerendum necessaria sunt, usurum esse: ut propterea Sabariensis ecclesia natalibus s. Martini episcopi Turonensis clarissima, ad quam regendam tu a Nobis assumptus es, studio, vigilantia, ac virtutibus tuis illustrata novis gloriæ accessionibus augeri debeat.

Tanta ergo opinio de te concepta a te, dilecte fili Noster, omni studio est explenda: » Labora igitur » sicut bonus miles Christi, opus » fac Evangelistæ, vigila, bonum » certamen certa, imple ministerium

(1) S. Leo.

(2) 1. Ad Timot. cap. III. ver. XII. et II. cap. IV. ver. II.

(3) Ad Titum. cap. I. vers. IX.

(4) S. Petrus Damianus oper. II. contra Judæos.

» tium (1), ut cum apparuerit prin-
 » ceptus pastorum percipias immarce-
 » scibilem gloriae coronam (2). Pro-
 » pone tibi eos sanctissimos episcopos,
 » ac sacerdotes, qui pro Christo, ac
 » gregibus suis, ludibria, et verbera
 » experti, insuper et vincula, et car-
 » ceres, circumierunt in melotis,
 » in pellibus caprinis, egentes, an-
 » gustiati, afflicti, quibus dignus non
 » erat mundus, in solitudinibus er-
 » rantes, in montibus, in speluncis,
 » et in cavernis terræ, quorum plu-
 » rimi lapidati sunt, tentati sunt,
 » in occisione gladii mortui sunt (3).
 » Propone tibi constantiam admirabi-
 » lem sanctissimi decessoris Nostri, a
 » quo ad cardinalatum euectus es, qui
 » testimonio fidei probatus, ut bonus
 » paster, animam suam posuit pro ovi-
 » bus suis. Respice denique presentem
 » Ecclesie squallorem, solitudinem,
 » nuditatem, et per omnem oratio-
 » nem, et obsecrationem ora omni
 » tempore in spiritu pro omnibus
 » sanctis, et pro Nobis, ut detur
 » Nobis sermo in aperitione oris No-
 » stri cum fiducia, et tu sis carissi-
 » mus frater, et fidelis minister No-
 » ster in Domino (4). Pax fratribus,
 » et caritas cum fide a Deo patre,
 » et Domino Nostro Jesu Christo. Amen.

(1) *Ad Tim. II. cap. II. et IV.*

(2) *Petri I. cap. V. vers. IV.* (5)

(3) *Ad Hebr. cap. II.*

(4) *Ad Eph. cap. 6.*

VII.

Dat. die
 24 maij
 1800.
 anno I.

Confirmatio conventionis initæ cum
 episcopo sancti Severini super se-
 minarium episcopale.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Clericorum seminaria, in Proemium.
 quibus adolescentes in sortem Domi-
 ni vocati, ac in spem Ecclesie suc-
 crescentes optimis moribus, et disci-
 plinis informantur, ut inde in vineam
 Sabaoth deducti fructus in dies affe-
 rant uberiores, sicuti omnibus episco-
 pis cordi esse debent, atque eorum
 pastoralem solitudinem excitare, ita
 Nos quoque, qui divina miseratione
 nullis Nostri suffragantibus meritis
 ad universam Christi Domini Eccle-
 siam regendam nuper fauimus euecti,
 ad ea omnia, quæ seminariomm hu-
 jusmodi utilitatem, commodum, et
 optimum regimen respiciunt, pater-
 num animum, curasque Nostras li-
 beater intendimus.

§. 2. Cum itaque dilectus filius Expositio pre-
 Aloisius Costioni modernus clericorum cum.
 regularium congregationis sancti Pauli
 decollati Barnabitarum nuncupatorum
 præpositus generalis Nobis nuper ex-
 poni fecit, venerabilis frater Angelus
 Antonius modernus sancti Severini
 episcopus summo studio undequaque
 subsidia exquisiverit, ut episcopale se-
 minarium in illa civitate existens, ad
 extremam prope inopiam, et rerum
 omnium destitutionem redactum, ad-
 hibitis etiam in consilio illius eccle-
 siæ cathedralis capitulo, et canoni-
 cis, eorumque consensu obtento, ad
 satis commodum statum revocare
 nullam aliam viam, quæ huic pro-
 posito suo æque responderet, sibi
 ineundam duxit, quam si in admi-
 nistrationem, ac regimen ipsius se-
 minarii memoratis clericis regulari-
 bus, in eadem civitate satis amplum
 collegium obtinentibus perpetuo ce-
 deret.

§. 3. Itaque re ab eodem episco- Tenor conven-
 po opportune proposita, ac delibera- tionis.
 tione a consultoribus ipsius congrega-
 tionis habita libenti animo excepta
 fuit, ac de utriusque partis consensu
 in infrascripta pacta, seu condiciones
 conventum, videlicet.

De patrocinio,
et jurisdictione
episcoporum.

§. 4. Che il seminario rimanga sempre sotto il patrocinio, protezione, e soggezione del vescovo pro tempore.

II.

De receptione
et exclusione
alumnorum.

§. 5. Che non possa riceversi in seminario, nè espellersi dal medesimo alunno senza l'espressa approvazione del vescovo pro tempore.

III.

De alumnis
gratis recipien-
dis, et alendis.

§. 6. Che nel seminario debbano alimentarsi, e ritenersi gratis due alunni poveri, la scelta de' quali spetti al vescovo pro tempore; che siano muniti dal proprio parroco dell'attestato di povertà, e buoni costumi, e che ripromettano miglior profitto nelle scienze, e nella via ecclesiastica. Ed affinché possa aversi moral sicurezza nella scelta, e non restino esclusi i migliori soggetti, tanto nella prima elezione, quanto nelle altre successive in caso di vacanza di qualche luogo, si dovranno soggettare i concorrenti all'esame avanti il vescovo pro tempore unito ai maestri di seminario e ad altri ad arbitrio dello stesso vescovo.

IV.

De numero
alumnorum, et
pensione ab
eis solvenda.

§. 7. Attese le ristrette finanze del seminario, e la povertà della città, e diocesi, che non permette il pagare una rigorosa dozzena, non potranno essere astretti i padri Barnabiti a ricevervi più di dodici alunni, compresi in tal numero i due suddetti poveri da alimentarsi, e mantenersi gratis, quali alunni dovranno pagare la dozzena di scudi 28. in moneta sonante in due rate anticipatamente, la prima cioè scudi 14 dal dì 31 ottobre a tutto marzo, e la seconda parimente di scudi 14 dal dì 1 aprile a tutto il dì 15 settembre, giorno fissato pel principio delle vacanze autunnali; e questa dozzena negli anni migliori dovrà scemarsi in qualche parte, e negli anni calamitosi accrescersi, come si crederà dal vescovo pro tempore, e dalli padri Barnabiti più conveniente.

V.

§. 8. Che col permesso del vescovo pro tempore possano i detti padri ammettere nel seminario maggior quantità di alunni, ed anche convittori, per quanto è capace la presente fabrica del medesimo, o per quanto potrà credersi più capace coll' ampliamento, di cui si dà ad essi piena licenza, purchè però tutto si faccia senza alcun discapito, e peso di esso seminario.

Idem ut supra

VI.

§. 9. Che debbano esattamente osservarsi le regole da concertarsi, e stabilirsi pel detto seminario dai due già deputati dal reverendissimo capitolo, e dai detti padri, sempre però sotto l'approvazione del vescovo; e che agli alunni si somministri quel congruo vitto, che dai suddetti verrà fissato colla stessa approvazione.

De observan-
tia regularum

VII.

§. 10. Che dai predetti due deputati del reverendissimo capitolo unitamente co' padri Barnabiti si faccia esatto inventario di tutti i beni stabili, mobili, semoventi, azioni, e ragioni ad esso seminario spettanti; che tutto si consegni agli stessi padri, a tenore di esso inventario, il quale dovrà inserirsi nell'istromento da stipolarsi etc., e che secondo tale inventario debba tutto sempre restare piuttosto migliorato, che deteriorato di libero, e pieno dominio del seminario in qualsivoglia, anche inopinato caso di rescissione di tal contratto, ed in caso ancora di soppressione, che Dio non permetta della congregazione de' padri Barnabiti.

De inventario
bonorum.

VIII.

§. 11. Che detti padri debbano mantenere quattro maestri uno cioè di grammatica (esclusi però i primi rudimenti grammaticali) uno di retorica, uno di filosofia, ed uno di teologia; che di questi gli ultimi due facciano scuola nel loro collegio ai seminaristi; ed a qualunque altro della città, e diocesi vorrà andarvi. Il maestro di grammatica la faccia parimente nello stesso collegio ai se-

De praecepto-
ribus.

minaristi, ed agli altri come sopra; ed il maestro di retorica (il quale dovrà essere anche rettore del seminario fintantochè non venga diversamente disposto dai padri coll'approvazione del vescovo pro tempore) la faccia ai seminaristi, ed agli altri come sopra in seminario. In caso però, che si concluda colla città l'unione, che si tratta della scuola d'umanità, e dell'assegnamento, che dalla stessa si paga al maestro, al seminario, allora i maestri di grammatica, e di retorica dovranno far scuola nel sito, ove presentemente si fa la scuola di umanità dal maestro della città, e si darà ad essi per servirsene in loro religioso sollievo in tempo delle vacanze dagli stessi padri Barnabiti congrua annua ricognizione in compenso del grave loro incomodo.

IX.

De remuneracione preceptoribus debita.

§. 12. Che a ciascuno dei detti quattro maestri si diano annualmente in ricognizione dai padri Barnabiti scudi venti per la cioccolata.

X.

De rectore, prefecto, aliisque inservientibus plus.

§. 13. Che detti padri debbano mantenere in seminario un soggetto dell'istituto loro in qualità di rettore, un chierico secolare in qualità di prefetto, e gl'inservienti necessari col possibile risparmio di spese superflue.

XI.

De manere rectoris.

§. 14. Che il rettore pro tempore abbia tutta la libertà di prendere e di licenziare tanto il prefetto, quanto gl'inservienti (sempre coll'intelligenza del vescovo pro tempore) i quali tutti debbano puntualmente ubbidire ad esso rettore nelle loro incombenze.

XII.

Idem ut supra

§. 15. Che lo stesso rettore, tanto cioè il p. d. Carlo Peda degnamente eletto dal p. rmo generale coll'intelligenza dell'odierno vescovo, per il primo in rettore, e maestro di retorica, quanto ogni suo successore, debba soprintendere, ed invigilare non solo al prefetto, ed agli inservienti, ma ancora agli alunni,

ed al loro progresso nel timor santo di Dio, e nelle scienze, procurando che frequentino i santissimi Sacramenti, predicando loro di tanto in tanto la divina parola, esaminandoli ben spesso su i loro studi, e facendoli istruire nella sacra liturgia, e nel canto Gregoriano da idoneo soggetto da deputarsi da lui coll'intelligenza del vescovo; al qual soggetto si fisserà qualche annuo assegnamento da pagargli dai pp. Barnabiti di concerto tra lo stesso vescovo, e i padri medesimi.

XIII.

§. 16. Che il rmo padre generale pro tempore debba intendere la col vescovo pro tempore tanto nel collocare, quanto nel rimuovere il rettore, e i maestri suddetti.

XIV.

§. 17. Che finalmente resti a carico dei padri il mantenimento di tutto l'occorrente pel seminario, vitto degli alunni, inservienti, prefetto, rettore, emolumenti, pesi, fabbriche ec. e tutt'altro ec. restando a loro disposizione per tal fine tutte le rendite, e ragioni dello stesso seminario a tenore dell'inventario, e non altrimenti etc. Salva sempre in tutto e per tutto la vescovile giurisdizione ed a uterità sopra lo stesso seminario.

De manutentione seminariorum, et alimentis prebendis alumnis; rectori, prefecto aliisque in eo commorantibus.

§. 18. Passata dall'odierno prefato vescovo al capitolo della sua cattedrale, ed al rmo padre generale e sua cameretta, una semplice idea di tali patti, e condizioni, è stata da tutti concordemente approvata, ed ora distesa questa ne' soprascritti capitoli dallo stesso vescovo, e da due a tal fine con plenipotenza deputati dallo stesso capitolo della cattedrale, dopo esser stata riveduta dallo stesso padre generale, e sua cameretta, si umilia di comun consenso alla Santità Vostra, affinché si degni confermar tutto colla sua suprema autorità, derogando colla medesima a qualsivoglia costituzione, ed ordinazione apostolica, ed a qualunque altra cosa e disposizione potesse essere in contrario, ancorchè occorresse farne speciale ed espressa menzione; Che ec.

Approbatio conventionis.

Confirmatio
apostolica.

§. 19. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat, dictus præpositus generalis, quo præinserta pacta, seu conditiones firmissime subsistant, et serventur exactius, apostolica auctoritate confirmari summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes; Nos prædictam cessionem cum omnibus, et singulis conditionibus supra expressis auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac perpetuo, et inviolabiliter servari, et custodiri sancimus, atque mandamus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplementis, et sanamus.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 20. Decernentes easdem præsententes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritam, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 21. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non seminariis et congregationibus hujusmodi etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in

genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod honorarium in octavo, ac duodecimo ex prædictis articulis promissum a prædictis clericis regularibus omnino solvatur, quodque jurisdictio, et auctoritas pro tempore existentis episcopi super seminarium hujusmodi salva semper, et illæsa remaneat. Datum Venetiis ex monasterio sancti Georgii Majoris sub annulo piscatoris die vicesima quarta maii millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo.

VIII.

Dat die
31 maij
1800
anno I.Confirmatio exemptionis unius ec-
clesiæ a jurisdictione parochiali.

Venerabili fratri

Joanni Paulo episcopo Bergomensis.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater.

Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Pie congregationes Christi-
stifidelium, qui ad persolvendas Deo
laudes, atque alia religionis opera
peragenda in novum statum diebus con-
venire solent, summorum pontificum
prædecessorum Nostrorum cura non
ultima, huc usque fuerunt, quin imo
illas pluribus privilegiis, gratiis, et
indulgentiis jugiter cumulaverunt. Iisdem
præclaris vestigiis inhærentes Nos quo-
que, qui divina miseratione, nullius
Nostris suffragantibus meritis, ad su-
premmum apostolatus culmen inuper
fui mus, electi, ipsos religiosos cœtus
adversus novas impiorum hominum
obtreccationes, insanosque impetus
tueri, et ubi res tempusque postu-
labit, favore Nostro prosequi nullo
unquam tempore desinemus.

Proemium.

Expositio pre-
cum.

§. 2. Cum itaque, sicut pro parte fraternitatis tuæ Nobis nuper expositum fuit, ecclesia sanctæ Agathæ virginis, et martyris istius civitatis Bergomensis in novissima hæc totius Italiæ eversione, et tumultu interius direpta, ac pene diruta, rebus postmodum istic quiescentibus, a dilecto filio comite Aloisio Cocastelli Mediolani commissario nomine carissimi in Christo filii Francisci Romanorum regis in imperatorem electi congregationi piorum juvenum sub invocatione sancti Aloisii Gonzagæ in ista civitate unitorum tradita fuerit, atque ab ipsis congregatis gravi impendio restaurata, et ita restituta, ut ad sacras, et pias functiones peragendas sit etiam pro populo commodissima in spiritualem utilitatem ex huiusmodi congregatione in eundem populum permanens præ oculis habens, illam ex parochiali jurisdictione exierit, et quoad internas functiones, ac spirituale ejus regimen tibi immediate subicere duxisti; propterea exemptionem huiusmodi a Nobis ratam haberi, et apostolica auctoritate communiri summopere desiderans, Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur zelum tuum plurimum in Domino commendantes huiusmodi supplicationibus inclinati exemptionem jurisdictionis prædictam a parochiali jurisdictione, ita ut supra dicta congregatio quoad internas functiones, et spirituale ejus regimen tibi in posterum immediate subjecta sit, salvis in reliquis juribus parochialibus, apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique apostolicæ firmitatis robur adijcimus.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quæ spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus respectiva inviolabiliter observari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus con-

stitutionibus et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Venetiis e monasterio sancti Georgii Majoris sub annulo piscatoris die trigesima prima maij millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo.

IX.

Prolatio licentiæ egrediendi e monasterio ad quatuor alios anni dies pro monialibus monasterii s. Catharinæ ordinis s. Benedicti civitatis Cephaludensis.

Dat. die
15 juli
1800
anno I.

Venerabili fratri episcopo
Cephaludensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatis, et moniales istius monasterii s. Catharinæ ordinis s. Benedicti congregationis Cassinensis, prædecessorem Nostrum felicis recordationis Pium VI., ad evitendos morbos, quibus ob loci angustias, aeremque crassum, et concretum, quem ducunt, vexarentur, sibi per literas apostolicas in forma Brevis die iv. augusti aa. MDGCLXXXVII. permisisse, ut quater anno e suis septis, sui relaxandi causa, egrederentur: quod cum salutare sibi admodum senserint, medicique adfirmat, præstare omnino, ut crebrius ejusmodi solatio, et remedio se recreent, ac substantent, ad Nostram idcirco se benignitatem, et clementiam confugere.

Expositio pre-
cum, et ratio
concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas specialioribus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, huius tantam rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ præsentibus committimus, et manda-

Tenor concessionis.

mus, ut sub iisdem plane legibus, conditionibus, et cautelis in commemoratis decessoris Nostri literis commendatis, et præceptis, licentiam, ubi vera quidem narrata compereris, iisdem abatissæ, et monialibus modernis, ac pro tempore existentibus, tum novitiis, educandis, puellis, et ceteris, quæ in ipso monasterio degant, inde exeundi ad quatuor alios anni dies, auctoritate Nostri apostolica, tenore præsentium, proferas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, inque universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non monasterii, ordinisque prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta Julii millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo



X.

Dat. die
17 augusti
1800
anno I.

Allocutio habita in creatione primorum cardinalium Caraccioli, et Consalvi.

Venerabiles fratres

§. 1. **P**erfuncti primis laboribus qui necessario a Nobis in cognoscendo Ecclesiæ ac provinciæ nostrarum statu post tantas rerum vicissitudines fuerunt impendendi, illud jam providentiæ Nostræ esse videtur, ut de augendo collegio vestro tot jam extinctis luminibus immutato Nos cogitemus.

Proemium.

§. 2. Postulat hoc cum apostolice principatus Nostri ratio, ut aucto consiliariorum Nostrorum numero auxilia etiam Nobis ad rem christianam tantis in periculis securius administrandam augeantur; tum virtus eorum qui honoribus sunt affiendi; ut in gratia viris optime de Ecclesia meritis referenda quisque intelligat quid de iis qui honore aucti sunt judicemus, quid cæteris qui in eadem honorum contentione versantur præscribamus.

Ratio nove electionis.

§. 3. Atque illud hodierna die venerabiles fratres lætamur, Nos de hujusmodi viris ad cardinalatum promovendis collegium vestrum consulere, quorum egregia in apostolicam hanc Sedem merita cum experientia Nostra, tum iudicio vestro gravissimo ac maximo probata sunt; ita ut quisque fateri debeat, Nos in iis ornandis non solum cardinalium paucitati, sed etiam collegii dignitati consultum velle.

Præstantia eligendorum.

§. 4. Horum alter est dilectus filius Hercules Consalvi Romanus, patricia familia, vir præstanti ingenio et explorata in apostolicam Sedem fide, qui a sanctissimo decessore Nostro primum in congregatione Boni Regiminis; tum inter iudices quos vocamus signaturæ justitiæ, demum inter Rotæ Romanæ auditores adlectus, sexdecim ferme annos caste atque integre in iudiciis versatus, collegiis illis doctrinam suam probovit, pontificis expectationem explevit. Ex quo factum est ut ejusdem iudicio ac voluntate multa præterea, magnaque munera delata ei fuerint, quibus omnibus amplissima cum lau-

Laudes, et mirita cardinalis Consalvi.

de perfunctus est; haud meritis ut per ea multas in aerumnas maximumque discrimen incideret. Post pontificis obitum etiam in comitiis pontificalibus testimonium virtutis a vobis accepit, a quibus comitorum ipsorum a secretis constitutus est. Quo quidem tempore Nos ejus studium, assiduitatem, solertiam in navanda collegio apostolico operata vobiscum demerati sumus, ut mox suffragiis vestris ad supremi pontificatus curas vocati, in summa rerum procuracione eum Nobis adesse voluerimus. Quo in munere incorruptam hominis fidem atque indefessum laborem experti, simulque cogita in negotiis pertractandis prudentia, in expediendis felicitate, eum cardinalatus honoribus ornandum esse judicamus, ut novo dignitatis incremento aucta etiam auctoritate, amplioribus praesidiis instructus eodem in munere Nobis adesse possit. Hoc in ornando testimonium etiam dare letamur voluntatis Nostrae iudicibus Romanae Rotae, quorum ex numero is est ad hunc honorem delectus, ut omnes intelligant Nos omni tempore collegii eorum integritatem, sapientiam, auctoritatem gravissimam habuisse; dignitatem atque amplitudinem carissimam habituros.

Laudes, et merita cardinalis Caraccioli.

§. 5. Alter vero est dilectus filius Didacus Caraccioli Neapolitanus e ducibus Martinae, qui recte factorum laudibus claritate generis superata, curriculum honorum ab urbium praefecturis anspicatus, Septempedanis, Aesinis, Firmans tanta aequitate praefuit, ut ab eodem sanctissimo decessore Nostro statim ad eos honores rapi meruerit, qui proximi summis sunt; ac non nisi viris clarissimis tribui solent. Siquidem Romam evocatus pontificio cubiculo in palatio apostolico praefectus est. Quod tamen non magis ad praemium virtuti tribuendum, quam ad fidei, pietatis, constantiae periculum faciendum visum est contigisse.

Illius pietas et ga extinctum pontificem Pium VI.

§. 6. Nam paullo post in acerbissimo illo pontificis casu ab eodem in societatem dolorum ac periculorum vocatus, nulla affulgente praemiorum spe, octodecim amplius menses aerumnosissimo seni tamquam alteri parenti adfuit, solitudinem illius levavit, mœrorem abstersit, spiritum morientis excepit: quanta cum

virtutis gloria vos ipsi venerabiles fratres testes estis, qui et cum absentem, ac pericula illa gravissima fortiter obeuntem tantis laudibus prosequuti estis, et ex Galliarum finibus sospitem redeuntem tantis gratulationibus excepistis. Cujus virtuti ac fidei Nos quoque in suscipiendo pontificatu grati esse cupientes, honoris ergo, eodem loco apud Nos eum habere volumus quo pridem decessor Noster habuerat apud se. Cumque non casu aliquo, sed vere religione ac virtute eum dignum laudibus vestris compererimus, propterea rem gratam vobis, gratam parenti illi optimo nunc in coelis agentis facturos arbitramur, si in primis cardinalibus creandis ejus viri rationem habeamus, qui cum postremis in communione dolorum ab illius latere sejunctus est.

§. 7. Quae cum ita sint venerabiles fratres, ad majorem Dei omnipotentis gloriam, ac Sanctae Romanae Ecclesiae utilitatem ac decus, constitutum habemus ad cardinalatum promovere et adiacere collegio vestro.

Creatio dictorum cardinalium.

Dilectum filium Herculem Consalvi, et dilectum filium Didacum Caraccioli.

Quid vobis videtur?

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostrae auctoritatis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales.

Presbyterum quidem Didacum Caraccioli, diaconum vero Herculem Consalvi.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.



Dat. die
22 augusti
1800
anno I.

XI.

Indultum utendi rocchetto pro moderno abbate monasterii Vangaditiæ Venetiæ, et successoribus abbatibus in perpetuum.

Dilecto filio Bonifatio de Luca monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Camaldulensium expresse professo, et monasterii Vangaditiæ Venetiæ diœcesis abbati.

Pius PP. VII.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Sincerae fidei, et devotionis affectus, quem erga Nos, et hanc sanctam Sedem difficillimis etiam superioribus temporibus gessisse comprobatis; nec non istius monasterii tui celebritas Nos inducunt, ut ea tibi favorabiliter concedamus, quæ honorificentia tua fore conspicimus opportuna.

Expositio pro-
cum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti quod istius pervetusti monasterii pro tempore existens abbas separatim quoddam (ut asseritur) territorium olim habebat, atque ad præsens etiam præ eminentiis quibusdam fruitur supra omnes asserti hujusmodi districtus ecclesias, quo major eidem abbati dignitati splendor accedat, facultatem deferendi rocchetto tibi, successoribusque tuis per Nos concedi plurimum desideras.

Tenor concessio-
nis.

§. 3. Nos itaque te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, tuisque successoribus ejusdem monasterii pro tempore existentibus abbatibus in perpetuum, ut rocchetto tam in ecclesia, quam extra eam in processionibus, aliisque sacris functionibus quibuscumque, et quandocumque alii abbates hujusmodi eam gestare consueverunt, et solent, pari modo gestare; illoque uti libere,

Bull. Rom. Tom. XI. F. 59.

et licite possis, ac valeas, dictique successores pariter possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, teque, successoresque tuos prædictos desuper a quoquam molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 4. Non obstantibus quibusdam felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non etiam quatenus opus sit, ordinis, et congregationis tuæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima secunda augusti millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo.



XII.

Dat. die
26 augusti
1870
no I.

Privilegium adhibendi canonem, palmare vulgo bugia, et gerendi parvam crucem pro archidiacono, et canonicis cathedralis Asculanæ in Piceno pro tempore existentibus.

Dilectis filiis archidiacono, et canonicis ecclesiæ cathedralis Asculi Piceni.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem,
et apostolicam benedictionem.

Laudes ecclesiæ Asculanæ, illiusque capituli.

§. 1. **E**cclésiæ vestræ istius vestustas, ac splendor, ac memoria ornamentorum, quibus a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris est amplificata, ac præsertim collegii vestri constantia, ac fides, quam Christo, et ejus vicario in terris præstitistis, his turbulentissimis temporibus, cui testimonium dedit venerabilis frater Noster Joannes Andreas episcopus Sabienensis, et istius ecclesiæ ipsius, dispensatione, et privilegio a Nobis accepto, administrator, quem Nos plurimi facimus, cujusque eximia in rem Christianam publicam merita et labores fortiter, constanterque tolerati, per magnum ei auctoritatis, gratiæque pondus apud Nos tribuunt, hæc inquam Nos permovent, ut vestris optatis, et precibus de vestro honore augendo benigne obsequamur,

Tenor concessionis.

§. 2. Quamobrem omnium vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quaquamque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censeantes, vobis ut quisque vestrum, quique tempore vobis in isto loco succedent, ad aram, divinum sacrificium aut solemne, aut privatum peragentes, aut aliud quodvis sacerdotale officium obeantes, canonem, si opus fuerit, ad instar episcoporum, et palmare, vulgo bugiam adhibere intra fines civitatis vestræ ac diœcesis, utque præterea etiam extra eos fines, ubique terrarum, parvam crucem, in

cujus antica imago sancti Emydii patroni ecclesiæ vestræ principalis sit expressa, in postica vero Nostra, flocco suspensam nigri coloris gerere libere, et licite possitis, et valeatis auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Ceterum insignia hæc dignitatis invitamenta esse intelligitis vobis, et successoribus vestris, ad ambulandum magis digne Deo; ac præclari quidem martyris, et episcopi olim civitatis vestræ, qua honestissimi imago, vos admonebit, assidue paratos vos esse debere, ad vitam etiam, si res postulet, pro Christi gloria, et fratrum salute profundendam; Nostra vero, qui in Petri cathedra, quamvis immerentes sedemus, vos excitabit ad ejus cathedræ ipsius potestatem divinitus traditam, qua Ecclesiæ totius incolumitas, et bonum continetur, defendendam, et contra ejus hostes strenue propugnandam, et fidelibus commendandam.

§. 4. Non obstantibus quibusdam felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri de divisione materiaram, aliisque constitutionibus, inque universalibus, provincialibusque, ac synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorém sub anno piscatoris die vicesima sexta augusti millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo.



Dat. die
2 septembris
1800
anno I.

XIII.

Lugdunensis ecclesia
in administrationem designatur.

Dilecto filio Joanni Baptistæ Verdo-
lini presbytero Glandavensi admini-
stratori ecclesiæ Lugdunensis, ejus
archiepiscopali sede vacante, aucto-
ritate apostolica deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili, salutem, et apostolicam
benedictionem.

Memoratur
quomodo ab
capitulo, et
qua de causa
fuerit electus
in administra-
torem aposto-
licum.

§. 1. **E**cclésiæ Lugdunensis, quæ antiquitate, et amplitudine adeo præstat, quam tot nobilissimorum martyrum incredibilis, ac divina prorsus fortitudo et constantia exornavit, quæ tot antistitum, ac præcipue Irenæi, et Eucherii sanctitate, et doctrina admirabili adhuc floret; ubi tot concilia episcoporum, et universalia quidem duo fuere habita, ecclesiam Romanam singulari cura adfici debere nemo non sensit; quamobrem quis non jure consilium, ac diligentiam laudet ven. fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregationis particularis a felicis recordationis Pio pp. VI. prædecessore Nostro super negotiis ecclesiasticis Galliarum constitutæ, qui ut primum de morte Lugdunensis archiepiscopi Yvonis De Marboeuf bonæ memoriæ adlatum fuit, mature prospexerunt, ne grex ille pastoris custodia, et præsidio tam necessario tempore careret. Cumque ecclesiæ cathedralis canonici vi tempestatis disjecti, in diversis regionibus exularent, te qui vicariam operam ei vivo archiepiscopo strenuam, ac fidelem præbueras, administratoris apostolici potestate, ac dignitate auctum ejus diœcesis gubernacula retinere, ac gerere jussèrant, quoad vel de te secus hæc sancta Sedes constituisset, vel hujus auctoritate novus archiepiscopus crearetur, ut ex eorum decreto apparet diei vicesimæ octavæ augusti superioris anni Venetiis.

Illegalis alia
electio sacer-
dotis de Rully
a tribus cano-
nicis facta im-
probatur.

§. 2. Neque ullam sane habendam rationem censuerunt ejus, quod actum a tribus canonicis istius ecclesiæ cathedralis esset, qui totius capituli potestatem ad se redactam

falso opinantes, vicarium capitularem contra fas delegerunt dilectum filium De Bernard de Rully cognominatum collegam suum, et alios aliquot; commodum vero ipse de Bernard de Rully suis literis die secunda novembris superioris quoque anni datis ad dilectum filium Nostrum Sifredum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum cardinalem de Maury nuncupatum declaravit, professusque est, cum suo, tum sociorum nomine, jure de omni, si quod sibi fuisset ex illa electione partum, abdicare, nihilque conducibilibus putare ecclesiæ Lugdunensi, quam quod apostolicus administrator aliquis ei præficereur. Subsequentum has literas est eorum cardinalium decretum, alterum die martii decima secunda hujus anni Venetiis ex conclavi, quo quidquid esset illis literis comprehensum amplectebantur, et justis laudibus efferebant, et in priore de te sententia permanere se pronunciabant. Quæ quamquam præclare, et sapienter, et magno judicio gesta, et cum potestate ipsis cardinalibus a prædecessore Nostro communicata, satis per se profecto valeant, accedat his tamen volumus auctoritatis Nostræ robur.

§. 3. Itaque te, dilecte fili, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore scientes, motu proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, commemoratâ primum decreta de te, quorum tenorem hic pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, harum literarum serie adprobamus, et confirmamus, ac te etiam iterum, quatenus opus sit, administratorem apostolicum ecclesiæ metropolitanæ Lugdunensis, quamdiu vacaverit, et ad Nostrum, ut hujus sanctæ Sedis beneplacitum, facimus, constituimus, deputamus, declaramus, tibi que facultates omnes ordinarias, et extraordinarias, quæ ecclesiarum ejusmodi administratoribus apostolicis competunt, tribuimus, ac nominatim illas, quæ a supradicto prædecessore Nostro Pio VI. antistitibus ecclesiarum Galliæ sunt, per hæc tur-

Electionis tenor.

bulentissima tempora, benignè concessæ, iis exceptis quidem, quæ episcopalem ordinem postulant: mandantes in virtutem sanctæ obedientiæ dilectis filiis canonicis, clero, et populo ecclesiæ Lugdunensis, ut isti ecclesiæ administratorem a Nobis præpositum agnoscant, observent colant, debito honore prosequantur, tibi faveant, adsint, obtemperent, ac tua salubria mōita, et mandata adimplere sedulo curent, ac dilecto præsertim filio Bernardo de Rully, ut vicarii capitularis adpellationem omnem defugiat, nullamque ejus muneris partem attingat, nihilque prorsus agat, nisi ex potestate sibi a te facta; tametsi ejus modestiæ specimen jam tenemus, nihilque est quod ab ea non debeat. Nobismetipsis polliceri.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis inque universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiæ istius Lugdunensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quemodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Monitum speciale.

§. 5. Arbitramur te, dilecte fili cognoscere, quod certamen forte dat tibi per nos Deus, ut vincas; sed confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu. Neque vero est necesse, te ut externis ad agendum noviter exemplis adhortemur, et excitemus: habes domestica permulta, quæ tibi faces diu nocturne admoveant, in quibus opportunissima profecto illa, quæ epistola de martyribus, vel istius ecclesiæ suppeditat, ab Eusebio in histo-

ria ecclesiastica posteritati tradita. Quis eam legens non se inflammari sentiat ad omnia pro Christo subeunda pericula, et cruciatus omnes perferendos? ad quod eo te paratorem lectio illa efficere debet, quod invictissimorum eorum martyrum præsidio, ac tutelæ est tibi uni fidendam præ ceteris maxime. Quare his erectus, dilecte fili, præliare cum lætitia prælia Domini. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die secunda septembris millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo.

XIV.

Dat. die
5 septembris
1800
anno I.

Confirmatio indulti utendi biretino et rocchetto cum manicis, et concessio usus pretinæ pro moderno abbate, ejusque successoribus monasterii s. Michaelis de Murano congregationis Camaldulensis.

Dilecto filio moderno abbati s. Michaelis de Murano ordinis sancti Benedicti congregationis Camaldulensis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. Sincere fidei ac piæ devotionis affectus, quem erga Nos et apostolicam Sedem congregatio Camaldulensis semper ostendit, Nos inducant, ut ea ipsi favorabiliter concedamus, quæ honorificentia ipsius fore conspicimus opportuna.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis fecisti, quod sicut Nos nuper, hoc me: ven. fratre Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Giovannetti præcipue instante, tibi cunctisque in posterum pro tempore abbatibus monasterii sancti Michaelis de Murano, quod, ut præfertur, caput est, ac uti caput totius congregationis Camaldulensis honoratur et colitur, facultatem gestandi biretium ac rocchetto cum manicis Nostræ vivæ vocis oraculo benigne tribuimus, ita nunc, quo hujus gratiæ memoria nunquam excidat atque deficiat, eandem facultatem per apo-

Expositio præcum.

stolicas literas confirmare, nec non ad decus ejusdem congregationis cumulatus augendum tibi ipsi, cæterisque dicti monasterii abbatibus pro tempore existentibus usum fibulæ vestis talaris, qua sæculares presbyteri induuntur, vulgo la pretina nuncupat; perinde ac plures gaudent aliarum congregationum abbates, impertiri insuper dignaremur.

tenor concessio-

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis si quas forte incurristi hujus tantum nominis rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinasti, tibi, tuisque successoribus prædicti monasterii sancti Michaelis de Murano pro tempore existentibus abbatibus in perpetuum, ut birettinum et rocchetum cum manicis, ac insuper pretiuam, quibus tam in ecclesia quam extra in processionibus, aliisque sacris functionibus quibuscumque, et quandocumque aliarum congregationum abbates nri consueverunt, et solent, te pari modo gestare, illisque nri libere et licite possis ac valeas, et successores etiam tui similiter possint ac valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus, teque tuosque successores prædictos desuper a quocumque molestari et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus quibusdam felicis recordationis Benedicti XIV. prædecessoris Nostri super divisione materialium, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinaris et congregationis taxæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomo-

dolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ab verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta septembris millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo.

XV.

Dat. die
12 septembris
1800
anno I.

Indultum perpetuum gerendi rocchetum et mozzettam nigri coloris pro civitate Venetiarum plebanis.

Dilectis filiis plebanis omnibus civitatis Venetiarum.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. **Q**uem sibi honorem permultæ civitates experiverunt, quem nulla non magno opere optavit, quem alienissimorum temporum ob crudelitatem, creptum vel sibi fuisse Roma acerbissime doluit, ut cardinales nimirum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ eo convenirent; magis denique perfuncti periculis, terra, marique jactati ad novum, post interitum Pii VI., pontificem summum, christianorum omnium a Christo ipso constitutum parentem, magistrum, et pastorem, suis suffragiis declarandum, eum obtigisse urbi vestræ, singulari Dei quadam benignitate, vos et agnoscere, et quanti debetis æstimare videmini. Ac vestræ sane erga Nos fidei, et observantiæ, studii, ac pietatis non obscuras significationes dedistis per quæ jucunda Nobis fuit vestra de nobis lætitia, et gratulatio, ac vestrorum populorum, vobis ducibus, dum istic versaremur, occursatio, et acclamatio; perque vero gratus vester in discessu Nostro mœror, vestræque lætitiæ; quamobrem ut vos, posteri-

Ratio concessio-

que vestri divini illius beneficii memoriam colatis benevolentia sempiterna, vestris desideriis, et postulatis libentissime omnino satisfacimus.

Tenor concessionis.

§. 2. Itaque vestrum porro singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationis vestrum nomine nobis humiliter porrectis inclinati, vobis, ut quisque vestrum, et qui deinceps vobis in isto loco, ac munere, et dignitate succedent, rocchettum cum manicis, et mozzettam nigri coloris, in choro, in processionibus, et in omnibus publicis ecclesiasticis functionibus, quæ alias quidem sacras vestes non requirant, intra ecclesiam cujusque vestram, et extra, ubique, intra fines tamen civitatis Venetiarum, gerere libere, ac licite possitis, et valeatis auctoritate apostolica tenore præsentium in perpetuum concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Benedicti pp. XIV. felicitis recordationis prædecessoris Nostri de divisione materialium, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non istius civitatis, et ecclesiarum vestrarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statatis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Monitum speciale.

§. 4. Istiusmodi insignia amplitudinis eos spectant, dilecti filii, vos ut illis assidue admoniti magis » sollicite curetis » (id quod apostolus præcipit) » vos ipsos probabiles exhibere

» bere Deo operarios inconfusibiles, » recte tractantes verbum veritatis.» Illud etiam atque etiam considerate splendorem, qui vobis ex id genus ornamentis accedit, sustinendum, tuendumque vobis esse cum eximia quadam gravitate, et innocencia morum, tum scientia non vulgari sacrarum literarum, disciplinarum, et artium, sine quibus illa non modo non mirantur homines, sed etiam despiciere plerumque solent. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda septembris millesimo octingentesimo, pontificatus Nostri anno primo.

XVI

Dat. die
17 septembris
1800
anno 1.

Reservatio perpetua pensionis super fructibus dignitatum, et canonicatum Hispaniarum nominationis regie favore ecclesie s. Isidori Matriti.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper fuit carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici nomine, Matrioni ecclesie sancti Isidori quæ prima in regis ecclesiis numeratur, ita adtenuatos, et adeisos redditus suos cernere, ut canonicis, præstantibus profecto viris, quique concursus dimicationem subiverint, ut eum amplitudinis locum adsequerentur, non suppetat, unde se ex sua dignitate sustentent, quindecim quippe millia regalia de vellon adpellata monetae Hispanae obvenire cuique solum, nec præterea quidquam: quorum facultates idcirco augere cum vehementer cupiat idem rex Carolus, idque pertinere admodum intelligat ad decorem domus Dei, quem se magnopere diligere profiteatur, non aliam rationem ad negotium perficiendum præsto esse, quam illam, quo decursum sit in similibus rerum angustiis, ut per pensiones ad certam summam imponendas super dignitatibus, et canonicatibus optimis ce-

Expositio præcum.

terarum ecclesiarum regni justum canonicis sancti Isidori levamen, subsidiumque accedat; Nosque idcirco se rogare, et orare, ut hujus rei potestas fiat.

§. 2. Nos igitur piis ejus majestatis votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ejus supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica tenore præsentium pensionem annuam in perpetuum super tertia parte fructuum, et proventuum dignitatum, et canonicatum, quorum præsentatio ex apostolico privilegio regi ipsi catholico fuit concessa vacantium, et vacaturorum in ecclesiis regni Hispaniarum, pro arbitrio, et prudentia, et æquitate præfati regis catholici, et magnitudine cujusque reddituum considerata, imponendam; quoad summa inde conficiatur septingentorum sex millium regaliam de Vellon, cessura in usum canonicorum ecclesie sancti Isidori, atque inter ipsos prout ejus ecclesie leges, instituta, et consuetudo postulant dispertienda, reservamus, et eidem ecclesie, et canonicis applicamus; dummodo tamen ea pensione detracta, duæ tertiæ partes fructuum, et proventuum reliquæ dignitates, aut canonicatus obtinentibus integræ maneant, nulloque onere alio diminutæ, eademque ad illos honeste, et decenter alendos plane sufficient.

§. 3. Volumus vero, ut ex pensionibus in actu provisionis earum dignitatum, et canonicatum imponantur, expressusque de iis provisorum intercedat consensus: tum ut dimidia illarum pensionum quotannis natali sancti Joannis Baptistæ, altera Domini Nostri Jesu Christi natali die ecclesie, et canonicis sancti Isidori prædictis dissolvantur.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quilibet etiam cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, ac dignitatis, aut alias etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni in præmissis forsitan jus, vel interesse habentes, aut habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ, propter quas ipsæ præsentis emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fue-

rint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, pia, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, et adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari unquam posse; sed eas semper validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, dictæque ecclesie sancti Isidori, et canonicis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari debere, perinde ac si dicta pensio tertiæ partis fructuum, reddituum, ac proventuum dignitatum prædictarum per præsentis reservata de consensu illorum, qui eandem tertiam partem fructuum solvere debent reservata fuisset; sicque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Nec non earumdem dignitatum noviter deinde provisos ad integram solutionem dictæ tertiæ partis fructuum, ac reddituum hujusmodi, ut præfertur, reservatæ, eidem ecclesie sancti Isidori, et canonicis faciendam juxta reservationis, et applicationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos: ac volentes, et eadem auctoritate statuentes, quod illi ex noviter provis, seu in futurum providendis prædictis, qui in dictis festivitatis, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes, pensionem per præsentis reservatam prædictam eidem ecclesie sancti Isidori et canonicis tunc debitam non persolverint cum effecta, lapsis diebus eidem sententiam excommunicationis incurrant, a qua donec eidem ecclesie sancti Isidori, et canonicis de pensione per præsentis reservata prædicta tunc debita integre satisfactum, aut alias cum eadem ecclesia

Præceptum de solvendis pensionibus ecclesie sancti Isidori, et canonicis illius capituli.

tenor reservationis.

Conditiones annexæ.

Clausula sublata, et decretum irritans.

et canonicis super hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in mortis articulo constituti absolutio- nis beneficium nequeant obtinere: si vero per sex menses dictos tri- ginta dies immediate sequentes sen- tentiam ipsam animo, quod absit, sustinuerint indurato, ex tunc ef- fluxis mensibus eisdem suæ dignita- tis respective regimine, et admini- stratione perpetuo privati existant, illæque vacare censeantur eo ipso.


Pœna incur-
rendæ a reu-
entibus.

§. 6. Quocirca dilectis quoque fi- liis causarum curiæ camerae aposto- licæ generali auditori, ac antiquio- ribus canonicis metropolitanarum, seu episcopalium ecclesiarum præ- dictarum respective, ac vicariis ve- nerabilium fratrum archiepiscoporum seu episcoporum earumdem metropo- litanarum, seu episcopalium eccle- siarum per præsentem committimus, ac mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, se alios faciant auctoritate No- stra pensionem per præsentem reser- vatam præfatam respective eidem ec- clesiæ sancti Isidori, et canonicis per- petuis futuris temporibus juxta re- servationis, et applicationis prædi- ctarum tenorem integre persolvi: et nihilominus quoslibet ex iis, qui in posterum de dignitatibus præfatis erunt provisus, quos hujusmodi excom- municationis sententiam incurrisse eis constiterit, quoties super hoc pro parte ecclesiæ sancti Isidori, et cano- nicorum fuerint requisiti tamdiu do- minicis, et aliis festivis diebus in ecclesiis, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit ex- communicatos nuncient publice, et faciant ab aliis nunciari, et ab om- nibus arctius evitari, donec eidem ecclesiæ sancti Isidori, et canonicis de pensione per præsentem reservata prædicta tunc debita fuerit integre satisfactum, ipsique excommunicati ab hujusmodi excommunicationis sen- tentia absolutio- nis beneficium interve- rint obtinere, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliqua oppor- tuna juris, et facti remedia appella- tione postposita compescendo.

Derogatio con-
trarium.

§. 7. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præ- stando consensu in pensionibus, aliis- que apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus con-

ciliis editis generalibus, vel speciali- bus constitutionibus et ordinationibus, nec non metropolitanarum, seu epi- scopalium ecclesiarum hujusmodi, ac dignitatum prædictarum etiam jura- mento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statu- tis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibus- cumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis de- rogatoriis, aliisque efficacioribus, ef- ficacissimis, ac insolitis clausulis, ir- ritantibusque, et aliis decretis in ge- nere, vel in specie, ac aliis in con- trarium quomodolibet concessis, ap- probatis, et innovatis; quibus omni- bus et singulis illorum tenores præ- sentibus pro plene et sufficienter ex- pressis, ac de verbo ad verbum in- sertis habentes, illis alias in suo ro- bore permanuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specia- liter, et expresse derogamus, cæte- risque contrariis quibuscumque. Da- tum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta septembris millesimo octingentesimo; pontificatus Nostri anno primo.



Dat. die
19 septembris
1800
anno I.

XVII.

Literarum apostolicarum in forma Brevis diei decimæ quartæ januarii superioris anni declaratio, et extensio ad omnia dominia catholici regis, ejus declarationis exequutio demandatæ commissario Cruciatæ.

Carissimo in Christo filio Nostro
Carolo Hispaniarum regi
catholico.

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster salatem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur
precedentes li-
teræ ad rem la-
tæ a suis præ-
decessoribus.

